Iride vestit. Plinius Arcus vocamus extra miraculū frequē Plinius
tes: & extra ostentū. Nam nec pluuios quidē aut serenos dies
cum fide portendunt. Manifestum est radium solis immissum
eauē nubi repulsa acie in solē refringi colorumq; varietatem
mixtura nubium aeris igniumq; fieri.

Pares decor. imb. aureus. Cetum angelicum vel animarum
designat cum aureo alarum decore

Et sic corsa loqui. Verba Marię ad diuam Catharinam.

Quod moriens. Aurum quo despota fuit: retinere dicit
Virginem: nec si etum dicit Poeta: sed ex historia & miraculo
se hoc reueluere designat.

Hic necq; Gnoſiacæ sequimur ſigmenta coronæ
Vlla nec in noſtro tegimus mendacia verſu:
Vera ſed amplectens rei miracula geſtæ
Historiamq; canens fidei monumenta reuoluо.

Hic nec Gnoſiacæ. Cnoffon p̄conij extollit Homerus: quā
ingentē & Minois regiam vocat. Priscis tēporibus Cnoffus
Ceratus appellabatur a pr̄labantis fluuij nomine. Strabo au/
tor. ſigmenta Cnoffiacæ cononæ. dicit coronam Ariadnes fi/
liae Minois a Theseo derelictæ in Dia iſula: de qua in prima
Parthenice.

Et iam turba Deum ſacrī dimiſſa peractis
Cum celer Ausonia pelago delatus ab urbe
Nuncius enarrat Regi diademate Patrem
Depoſito Regni ſceptrum ceſſiſſe Galero:
Lucanoſcq; lares tacitiq; ſilencia ruris
Et nemorum ſuaues umbras ubi mobilis aura
Temperat ardentem placidis afflatibus aēſtum:
Præpoſuſſe graui Imperio: & ſplēdoribus urbis

Et iam turba Dū. Sacris pactis nuncium veniſſe dicit: nar/
rantem patrē Maxencij Maximianū abdiſſe ſe Imperio atq;
in Lucania (prouincia eſt Italij) vitam priuatam (hoc eſt ſine
Magistratu) delegiſſe: vacasq; culturae hortoru: ut ex histo/
ria diſcimus. Lucanoſcq; lares. Poſt Silaris fluuij Ostiū Lu/
cania eſt: & Iunonis Argiūae templum: quod ab Ialone coſtru/
ctum fuſit. Auctor Strabo. Plinius libro tercio naturalis histo/
riæ. A Silaro regio tercia (Italij) & ager Lucanus Bruciūſcq; Plinius

Lucania

Homerus
Strabo

Strabo



incipit. Nec ibi rara incolarum mutatio. Tenuerunt eum Pelasgi: Oenotri: Itali: Moregetes: Siculi: Græci maxime populi: nouissime Lucani: a Samnitibus orti duce Lucio.

Aruacq & Alcinoi tutam legisse quietem.

Atq per irriguos fontes & florida prata

Murice neglecto tristem oblectare senectam.

Homerus Alcinous Nausitho filius ut est apud Homer: septimo O. Alcinous: dyssæ. Rex fuit Pheacum: Pheaces autem a Pheace Neptuni & Pheaces
Corcyra filio dicti sunt: ut Diodorus scribit. Alcinous teste
Homero habuit hortos perpetuis fructibus virentes.

Læticiam subitus dolor occupat. ora Tyranni

Plumbeus inuoluit color: & patuere latentis

Ingentes animi fluctus sœuicq dolores.

His curis extracta Venus: furor auctus & ira

Acri bile tumet: nutritq in pectore virus.

Læticiam subitus dolor. ægre tulit Patri's factū: quo se imperio abdicauerat: ut Poeta singit. Historiæ tamen fides habet prius Maximianum se abdicasse Magistratu: antequā Maxen- cius filius a Prætorianis militibus Imperio sufficeretur: ut in prologo supra scriptum est.

Acri bile tumet. Epitheton bilis. Quod Græci Χοληρα Bilis tini bilem dicunt. Est autem & rubea bilis & altra uti Cholera Pituita rubea & nigra. Pituita autem latine: Græce φλέγμα dicitur.

Persimilis pullo qui dum inconsueta recusat

Frena pati: rodit morsu indignante lupatum.

Persimilis pullo. Pulli sunt avium: & pecudum siue pecore. Sed & ranarum pulli vocantur. Horacius in sermone. xij. Ab sentis ranę pullis vituli pede pressis.

Ouidius. Lupatum. Lopus & lupatum: frenum dicitur. Ouidius in libro Tristium. Et placido duros accipit ore lupos. Marcialis. Lupum Mordent aurea quod lupata cerui.

Post epulas largo paulum exhilaratus Iaccho

Captiuam iubet adduci spectacula mensis

Rex petulans lasciuia volens præbere secundis.

Post epulas. Vino madidus iussit adduci Catharinam: ut

D dij

PARTHENICES SECUNDÆ

mos est Tyrannis.

Illa solo fixis oculis vestigia lento

Tarda mouens gressu prono Regi annuit ore.

Cuius ut effigiem claram videre deculcq;

Indolis egregiae tenuere silencia cuncti.

Et Triuam vidisse putant aut ora Mineruæ.

Ad quam Rex solio paucis ita fatur ab alto.

Illa solo fixis oculis. Decorum Virginis describit.

Mane Deum nostras tenuerunt orgia mentes:

Nec potuere tuis adhiberi vocibus aures.

Dic age nunc quando positis coniuicia curis

Læta voluptates animorum & gaudia poscunt.

Ede genus patriamq; tuam nomenq; paternū.

Illa manum crucis instar agens sic incipit ore.

Non ego iactandi studio primordia gentis

Clara meæ referam titulosq; & nomina: quādo

Rex Romane iubes . genus est illustre meorum:

Maiores etenim sceptrum gessere : meaq;

Mane deum. Tyrannus dicit se matutino tempore occupatum fuisse sacris Deorum cur non potuerit auscultare Virginis: nunc autem cibo portug non sobrius petit Genus Patriam q; & nomen Virginis.

Non ego iactandi. Prescribit Catharina ne quid arroganter dictum accipiat.

Sunt Reges in stirpe decē: Lagus omnibus auctor:

Primus Alexandri miles qui condidit urbem

Et quæ regna vides: & Alexandra vocavit

Moenia: post celebres pugnas Asiæq; labores

Huc venit cum rege Lagus: Ptolemeus ab illo

Nascitur a vili Proles generosa parente

Sicut ab exigua descendit origine flumen

Maius , hic Aegypti Libyes Arabiq; potitus

LI. II. FOL. XXVI.

Imperio quondam: mansitq; in stirpe nepotum
Ducentos quadraginta super nisi fallimur annos.
Ast ubi Romanam superis extollere gentem
Et Libycas visum bellis ardentibus urbes
Vertere mutati Reges: tum Regia proles
Interiit: tunc atua meus vicina tenebat
Aethiopum campis atauis prefectus Erembis
Dux animis armisq; potens: regiq; propinquus
Sanguine supremi vigilans custodia regni.

Sunt Reges in stirpe decem. Nam Ptolemeus Lagi filius Stirps Re
Alexandro successit. Ptolemeo Philadelphus. Philadelpho E. gia Catha
uergetes postea Philopator Agathocles. Postea Epiphanes. po
stea Philomator filio a patre Imperium accipiente. Huic frater
successit secundus Euergetes cognominatus. hunc & Physco/
nem dicunt. cui Ptolemeus cognomento Lathurus. hunc Au/
letes Cleopatra pater. Hunc Alexandrinus exegerunt. Hunc Ro
manam profectum Pompeius suscipit Senatuq; commendat ac de
reductione eius agit. Vnde a Gabinius reductus in regnum: non
multo post morbo absumpitus: relictis duobus filiis & tortid
filiabus: quarum grandior erat Cleopatra Alexandrina: & pu
erum natu grandiorem: & Cleopatram regno prefecerunt.
Pueri familiares morsa seditione Cleopatram elegerunt. Quae
postea cum sorore in Syriam secessit. Interea Pompeius mag
nus ex Pharsalo fugiens in Calium montem ac Pelusium ve
nit: ibi a Regis familiaribus obtruncatus est. Cæsar cum ad
uentasset adolescentulum interemit: & Cleopatram Aegypti
reginam constituit: atq; ei in regni partem reliquum fratrem
addidit admodum iuuenem: quæ postea cum Antonio nupsil
let a Cæsare Augusto eversa fuit: qui Augustus furentem Ae
gyptum composuit atq; in prouinciam redigit. auctor Stra
bo. fure igitur decem Reges Aegypti usq; ad Cleopatram: cu
qua regnum eversum informans prouincie redactum.

Primus principalis Alexandri miles.

Et Alexandria a Conditore. Dinocrates fundamenta ur/ alexandrea
bis iecit Pli. auctore & Alexandria & Alexandria dicimus. Pri alexandria.
sciano auctore. Horacius in Carminum quarto. Nā tibi quo
die portus Alexandria Supplex: & yacuam patescet aulam.

D d iiiij

Strabo

Plinius
Priscius.
Horacius

PARTHENICES SECUNDÆ

Propertius Noxia Alexandria dolis aptissima tellus: & toci Propercus,
ens nostro Memphi cruenta malo.

Ptolemaeus. Post celebres p. Asiacq lab. Dareo deuictio interemptio: a
luis. Miles fuit Gregarius Prolemus ab illo: q post
Alexandri morte Aridei Philippi & Olympiadis cum Alexan-
dri stirpe: ab exercitu Rex nominatur. Appiano teste.

Apianus.

Erembi. A vili. a Gregario milite.
Hic Aegypti Libyes. Cyrenæ enī acquisuit ut ē apd' Iustinū.
Attranus prefectus Erembis. populis Arabiq qui & Ichthy-
phagi & Troglodyte dicuntur. Strabone teste.

Iustinus

Strabo

Qui postq sero audiuit sublata suorum
Sceptra dolēs longe ethiopum secessit ad urbes:

Qui postq sero. Dicit Poeta Attrauū Catharine ex Lagida-
rum sanguine progenitū: prefectū fuisse Arabis vicinis Aethi-
opiq: tum cū in prouinciam redacta fuit Aegyptus: qua percep-
ta re dolens secessit ad urbes Aethiopum

Et persæpe pater Reginæ Candacis: illo
Contrivit ductore vagos Garamantas & acres
Massylū populos: Arabiq per æquora classem
Duxit: & Indorū spolijs remeauit honustus.

Quartus ab hoc Costus genitor mihi doctus:
Militiam: verum patriæ telluris amore & ipse
Ductus ad antiquos redijt cum prole Penates:

Argenticq tulit secum graue pondus & auri.
Tandem huc adiectus tectū mercatur & agros:
Atq Clientellis clarus famaq parentum

Primus in urbe fuit: Romanaq castra sequitus
Semper in Ausonijs senuit fortissimus armis.
Hinc genus ipsa traho patri Nata unica Costo.

Et generis tanti soboles ego sola supersum:

Multa dies alios longæuacq sustulit ætas.

Hac est orta patrum soboles hac desinet urbe.

Et persæpe pater. Dicit Attauum ductorem exercitus fuisse:

odm

amn

LI. II. FOL. XXVII

patri Candacis quae & Regina Aethiopum fuisse perhibetur.
Candax Regina fuit Aethiopum tempore Augusti: virilis sane mu-
lier: sed altero oculo capta Napata regiam habuit: quam Petro
nitus coepit ac diruit. Strabone auctore. Plinius hoc nomine ad
multas reginas transisse scribit.

Strabo
Plinius

Garamātes

Vagos Garamantes sunt populi Lybiae Phillis
contermini hos Plinius matrimoniorum exortes passim cum
femini degere dicit. Ex his qui tam confuso Parentum coi-
tu passim incertis nascuntur: quos pro suis colant formae si-
militudine agnoscunt. Pomponius auctor.

Plinius
Marcialis

Massylia

Massylum populos. Massyli qui & Mauri dicuntur populi Massyli
sunt Africæ ad oceanum Atlanticum Plinio teste. Marcialis. Au-
ditur quantu Massyla per avia murmur. Hi & equos sine lupa-
tis gubernant eodem Poeta teste. Et Massyleum virga gubernat equum.

Lucanus.

Massilia

Massilia autem cum i latino utrobique urbs est Galliae Nar-
bonensis & habet si syllabam breuem Lucanus. Quamuis He-
sperium mundi properemus ad axem Massiliam delere vacat.
Verba Cæsaris.

Quartus ab hoc Costus. Patrem Catharinæ Costum ab
Aethiopia in Aegyptum atque ad aitos lares rediisse deli-
gnat.

Sic genus & patriam nosti nomenque paternum
At postque vita functi cecidere Parentes
Ne lasciuia meam macularet inercia mentem

Sic genus & patriam. Declarat nunc studia: vitaque religio-
ne. aptaque fratre Christianæ impavidam mēte se profitetur.

Ad studium duplex curas & pectora verti
Fonte salutares Christi suscepimus undas,
Et mea lustrali Deus abluit ora lauacro,
Ipse vir ipse pater: castum sacrauimus illi
Corpus: & glabens annis velocibus æuum:

Ad studiū duplex. ad diuinarum rerum: tum humanarum
cognitionem se vertisse dicit: sumpto baptismatis purgato-
rio lauacro.

Hęc mihi priā salus: teneris me Costus ab annis

PARTHENICES SECUNDÆ

Tradidit eloquij studijs: & misit ad urbes
Cæcropias. vidi Thebas Dirceaq; rura:
Attica regna: solū Pelopis: Lacedæmona clara
Legibus & quondam bellis ac Marte potente,
Atq; Therapneos saltus: Helenæq; penates:
Minoisq; domos: præruptaq; saxa Corinthi.

Cecrops

Hec mihi prima salus. Costus. Pater ad eloquenciam me co
tulit. Cecropias. Cecrops primus multitudinē Atticam in
habitancium: in ciuitates duodecim habitandas digessit. Qua
rum nomina. Cecropia. Terrapolis. Epatria. Decelea. Eleusis:
Aphidna (sive ut alij plurali nōero Aphidne) Thoricus Brau
ron: Cytherus: Sphectus: Cephisia: Phalerus. Theseus ypo
stea duodecim illas in hanc vnam ciuitatem congregasse denuo
memoratur Strabo auctor.

Thebe

Vidi Thebas. Dirceaq; rura. Boecias Thebas dicit. Sunt
Thebe in Aegypto Diodoro teste. Iuuenalīs Atq; vetus The
be centū facit obvuta portis. & ab hac regio Thebaica dicitur
Aethiopic contermina Plinio teste. Alia in Boecia qua Baccho
& Hercule gloriantur: de qua Poeta. Vnde Thebanī dicuntur.
Est Alia in Phthiotide Macedoniē Ptolemyo teste. Sunt & The
be Ciliciē patria Andromaches Hectoris uxoris. Qui. in. i. Tri
stium. Nec cruciere minus quam cum Thebana cruentū Hec
tora Thessalico vidi ab axe trahi. Alia fuit in Lucania Plin. te
ste Alia in scelici Arabia Ptolemyo auctore.

Attica regna. Ego intelligo eam qua Achaia dicitur: cuius
provinciae affligantur Locris: Phocis: Boecia: Megara: Atti
ca: & Doris Ptolemyo teste.

Pelepon
nesus

Solum Pelopis. Peloponneson dicit quam hodie Moream
vocant: a Pelepon nomen habet Plinio auctore. Incipit ab Isth
mo Corinthiaco cuius per traiectum ab altero mari Ionio sci
licet in alterum mare Aegeum videlicet nauigia transiuncta
tur. Huius latus Cheronesi in occasum prospectans: Elienses
& Messenij tenent: Quos pelagus Siculum alluit. Deinceps
autem post Sinum Sicyonia terminatur ora. Ex hoc loco Si
cyon & Corinthus excipit usq; ad Isthmum. At secundū Mes
seniam plagam Laconica terra est & Argiva & haec ipsa usq; ad
Isthmum. Hoc in loco extant Sinus Messenius & Laconicus.
Tertius est Argolicus. Quartus Hermionicus & Saronicus;

Strabo

Diodor
Iuuenalīs
Plinius

Ptolemy
Ouidius

Plinius
Ptolemy

Ptolemy

Plinius

LI. II. FOL. XXVIII.

quem aliqui Salaminiacum vocant. Quoꝝ aliquos Libyū: aliquos Creticum pelagus implet atqꝫ Myrroum. Media his omnibus regionibus imminet Arcadia. Strabo auctor.

Strabo Lacedemonia claram legibus a Lycurgo legislatore preſta/ Lycurgus tiffissimo traditis: has quoniam disciplina & institutione pueris infudit: quibus ab incunabulis affuercent atqꝫ cum alimētis una affectum rei pub. conciliarent: factum est ut ad quinque annos institutum annum illius instituta permanerent Plutarchus auctor. Vnde apte Poeta claram legibus dicit: usqꝫ ad hoc eum & mundo condito non inuenies legem quæ adeo incontaminata perfeuerauerit.

Strabo Et quondam bellis. Lacedemonij Strabone auctore tantum lacedemo ceteros antecelerint ut e Græcis soli terre ac maris adipiscerentur Imperium. Tamqꝫ diu Græcorum principatum tenuere: donec eis Thebani ducatum ademere (Epaminonda duce) & secundum illo continuo Macedones. Verum tam nec illis omnino cesserunt: sed suarum legum institutione seruata: de priori loci maiestate contencionem semper habuerunt: & aduersus Græcos & contra Macedonie Reges. Quibus Macedonibus per Romanos deletis apud Romanos præcipuo in honore fuerunt ut præter amicorum ministeria aliud nihil tributi nomine conferrent.

Ouidius. Atqꝫ Teramneos. Terane vicus fuit Laconiae: ubi nata fuit Teramne Helena Ouidius in Heroidibus Da modo te facilem: nec dignare maritum. Rure Teramneo nata puella Phrygem. Minoisqꝫ domos. Cretam.

Strabo Præruptaque saxa Corinthi. Propter urbis situm. Nam mox Corithus excelsus est stadiorum trium ac dimidiati altitudinem habens ad perpendicularium. Ascensus ad stadia triginta in acutum terminatur cacumen. Acrocorinthum vocant. Cuius quidem pars Acrocorinthus in aquilonem versa: maxime in arduum recta consurgit: sub qua ad Acrocorinthi radicem in plano: instar mense loco iacet oppidum. Strabo.

Et Rhodon illustrem Phœbo statuacqꝫ superbā Marmorea: & Lindi sacris atqꝫ Herculis ara.

Solinus Ec Rhodon Illustrem Phœbo statu. id est Soli. Scribit Solinus nunquam ita coelum nubilum est: ut in sole Rhodos non sit. Telchines Rhodum incoluere: qui cum Caphyrna sorore

PARTHENICES SECUNDÆ

Neptunū ab Rhea illis datū nutrituere.

Rhodos
Eliades

Neptunus iam vir ex alia sorore Telchinū ab se dilecta Rhodon genuit puellā: sexq; mares: Sol Rhodis amore captus genuit ex ea Eliades dictos: hi postea reliquic; indigetes insulā inhabitantes: insulā Soli sacram existimarentur. Rhodis quoq; postmodum solē pr̄ ceteris Dñs coluerunt; tanq; sui generis auctorem. Diodorus Siculus auctor.

Colossus

Statuac; sup Marmorea. Pli. de Colossis scribens ait. Ante omnes autem in ammiracione fuit Solis Colossus Rhodi quē fecerat Chares Lindius Lysippi discipulus: septuaginta cubitorum altitudinis fuit. Hoc simulachrū post quinquagesimum sextum annū terre motu prostratum. Sed iacens quoq; miraculo est. Pauci pollices amplectuntur. Maiores sunt digitū quā plerq; statuē. Vastī specus hiant de fractis mēbris: spectantur intus magnē molis faxa: quorum pōdere illud stabilauerat constitutus. Duodecim annis tradunt effectū. ccc. talentis quā cōtulerant ex apparatu Regis Demetriū: relicta mora & tedium obfessa Rhodo. Sunt alij minores hoc in eadē urbe Colossi centū numero. Sed ubiq; singuli fuissent nobilitaturi locū. Huius magni Colossi era Sarraceni olim Rhodios inuidentes Christianos: nonaginta camelis onustis asportarunt: tpe Martini primi Ro. Pontificis opera marmorea ex Rhodo Romam adiecta scribit suboblcure. Plinius libro. xxxix. inquis Apollinem Philiscī ad Octauię portiū: de quo potes intelligere. At ego Poetam pocius ab historia declinasse intelligo: & loq de Colosso quo maxime celebris est Rhodos. Strabo hūc ex omnibus dedicati sōptimum dicit & unum ex septem miraculis. Colossus ut Festo placet, ab artifice Colosso a quo primum fabricatus est dī. vel ὁ πότου Κολούσιψ ταύτης. i. ab hebetando aspectu: nam oculi caligant tanta altitudine spectāda ut Græcis placet nec a colo colis: & os ossis cōponitur ut stulti nostri somniant.

Lindus
Ialyso
Camiros.

Et Lindi sacrī. Tres urbes Rhodos habet Lindō Ialyson & Camiron Ptolemeo teste. In Lindo Palladis insigne templum est Danaidum opus Strabone teste. Diodorus scribit. Cum iā viri essent Eliades (de quibus supra diximus) Solem ferunt dī xisse: qui Mineruā primū sacra fecissent apud eos Deā futurā. Quod idē cū Atheniensibus prædictum esset aiunt ab Eliadi bus omisso propter festiniam igne immolaram hostiam: Cecropem Atheniensium Regem / postmodum accenso igne

Diodor
Plinius

Plinius
Strabo

Festus

Ptoleme
Strabo
Diodor

LL. I. FOL. XXIX

sacrificasse. Ex quo hucusq; mos huius sacrificij solū in Rhodo perseverat: ibiq; ḡmansit Dea. Hęcigitur Lindi sacra:

Atq; Herculis atra. Tlepolemus Herculis filius ob Lycim-
nij cedem Autunculi sui ab se inscio intersecti ex Argo spōtes fir-
giens secundū oraculi responsum: quod super ducēda colonia
consuluerat: cum certis populis transcendit in Rhodum ibiq;
ab incolis suscep̄tus habitauit: factus deinde insulē Rex ea red-
didit insignē & iuste impauit. Diodore teste. Vnde non mirū
si patri Aram instituit in Rhodo: cuius Poeta meminisse vi-
detur.

Tiepole
mus

Vidimus & Delphos Dodoneasq; columbas:
Cortinam tripodas Phœbi Pythoniacq; arma.
Cycladas & Thrases Troianaq; vidimus arua.
Atq; omnem Licij Graia rate legimus oram
Littoris: Ausonijs mox preceptoribus usa
Facta tuae gentis didici: totumq; Latinis
Viribus & bellis attritum ingentibus orbem.
Regna Britannorū Germanorumq; superbam
Progeniem: Scythicas Alpes Hircanaq; longe
Littora: & Euphraten: Nabatheaqrura: Syene
Et Libycas arces: & qua iuga porrigit Atlas
Maximus inuasit Romanæ gloria gentis.
Cæsareos Proceres & quarti sæcula regni
Atq; tot illatam crudeli vulnere mortem
Principibus legi mores & furta Deorum:
Et tandem nihil esse dies mutabilis æui
Dæmonas esse Deos & totū ambagibus orbē
Constat in errores ductum: nullamq; saluti
Esse viam nisi per Christi documenta fidemq;
Sic Arabum libri sic vult Iudæa vetustas:
Sic quibus & vestri credunt cecinere Sibyllæ.
Quo magis admiror vos qui terræq; marisq;
Regna gubernatis: quorum mutabile vulgus

PARTHENICES SECUNDAB

Duciture exemplo tam claro errore teneri
Et tanta simulachra Deum ambicione tueri:
Et statuas horum diuino extollere cultu
Quorum vita fuit scelerum sentina. quod Io
Nostra: quod Ichneumō: & qđ latrator Anubis
Accipiter Feles Bos Oxyrinchus & Ibis
Numen habet: taceo martem Phœbūq; louēq;
Quorum tanta canunt vestri miracula vates.
Hi stygios ideo metuunt iurare per amnes
Quod stygijs mersi stagnis altaq; palude
Dant scelerum atroces iusto sub iudice poenas.
Veridicum vero Christum sine criminē cuius
Vita fuit nigro Manes qui traxit ab Orcho
Qui cœcas hominum mentes & lucis egena
Lumina restituit: siccisq; liquencia plantis
Aequora calcauit: fugitis. reuocare memento
Rex Roiane pedem iusti trans limina lapsum.
Talibus orantem verbis mirata sedentum
Lecta cohors ciues Pharij proceresq; Latini:
Inspectusq; magis sexus dicentis & ætas.
Illa etenim ter seña fuit supremaq; bruma.
Rex tamen implicitus Diuorū ambagibus egre
Dicta tulit: mandat vinclis & carcere claudi:
Affligiq; cibo tenui. vix fluminis unda
Vix simplex concessa Ceres. inclusa tenebris
Orat: & in magna versatur luce per umbras.

Vidimus & Delphos. Delphi Phocidis ciuitas clarissima p Delphi
pter templum Apollinis Pythij: & oraculū vetustate insigne.
Siquidem Agamemnonē ab illo responsum petiisse: memoriq;
Poeta prodidit. Namq; Cythareodus Vlyssis & Regis Pelide ri
xam decantans introducitur. Jurgia Pelides Ithacusq; tulere
feroces. Rexq; Agamemno virum captabat gaudia mete. Hoç

LI. II. FOL. XXX.

- Strabo** sibi concilium cecinit. Nā Phœbus Apollo Pythius ex adyto.
Strabo auctor. Dodoneasq; columbas. Pindarus Dodone **Dodones**
 Thesproticam appellauit. Posterior ætas Molosorum Iuriat **Pelasgi**
Strabo tribuit Strabone auctore. Oraculum celeberrimū Iouis Dodo
 nei habuit auctore Ephoro: a Pelasgis constructum. Nam Pe-
 lasgi inter potentissimos Græcię populos antiquissimi celebrā-
 tur. Q uo circa Poeta ita cecinit Dodonee Rex Pelasgice Iupi-
 ter. Heliodusq; Dodona inter quercus sedes Pelasgorū extitit.
Herodot. Herodotus scribit duas columbas ex Aegypto auolauisse: utrā-
 q; nigrā. Vnam quidē in Aphricā: alteram ad Dodonā: tussis
 seq; cōdi oracula. Vnum Ioui' Ammoni: alterq; Dodoneo: Io-
 ui voce itaq; humana locutæ responſa dedere. has Poeta Dodo-
 neas columbas appellat. nara Aegypciq; duas forminas: quæ es-
 sent sacerdotes a Phoenicibus fuisse exactas. harum una vendi-
 tam memorant in Aphrica: alterā vero in Græcia: ob barba-
 ram autem līnguā columbas a Dodoneis sacerdotibus dictas
 Herodotus. Cortinam Tripodas Phœbi. Appositue. Cor- **Cortina**
Plinius tinam Plinius libro xxxiiij. naturalis historiq;. Apollinis tri-
 podem appellauit. Ait enim ex ære facti rauere & cortinas: tri-
Virgil podium nomine Delphicas. Virgil. libro Aeneid. sexto. Nec
 te Phœbi cortina feſellit.
- Pythomaq; arma Arcum & sagittas quibus Pythonem ser **Python**
 pentem interemit Apollo. Dictus autem serpens a πυθω id
 est putredo: quoniam ex putredine terræ post diluvium gene-
 ratus est.
- Cycladas. Insulæ sunt in Aegeo mari partim & in Myrtoo:
 quas inde autemant Cyclades dictas: quia licet spacijs longio-
 ribus a Delo proiectæ: in orbem tamen circa Delum sitæ sunt.
Solinus Orbem Cyclon Grai ferunt. Auctor Solinus. Pliniusq; . Prima
Plinius earum Andrus cum opido auctore Ptolemeo & Plinio. Abest
Ptolome. a Gerefto Euboie. x. milia passuum a Ceo. xxxix. mil. Plin. libro
 quarto.
- Thraces. Post Macedoniam est Thracia inter validissimas **Troas**
Solinus Europe gentes Plinio & Solino auctori bus.
- Troianaq; vid. arua. Hellespontus mediat inter Thraciam
 & Troadem inq; Ilion. ciuitas ab Homero decantata.
- Atq; omnium Lycij. Post Dedala itaq; Rhodiorum: Mons
 est Lyciae qui etiā Dedala nominatur. Ab eo sumit inicium ro-
 ta Lyciae pter nauigatio: que est mille & septingentorū ac virgin-
 ti stadiorū: alpera fane ac difficultis sed bene portuosa & ab homi-
 nibus tempantibus habitata. Auctor Strabo. Dicta a Lyco Pa-

Cyclades.

Dedala
Lycia

PARTHENICES SECUNDÆ

dionis filio ut Herodotus scribit: qui in regni ptem a Sarpe/ Herodotis done acceptus fuit. fuerit vocati prius Solymi: postea Termi leab his qui cū Sarpedone ex Creta venerunt. Hæc cum Po/ ta Homero non concordat ut Strabo dicit. At q̄ dicunt eos a Po/ ta Solymos dici q̄ nūc Mylæs appellatur melius senciunt

Legere

Legimus. Virgi. Litoracq; Epiri legimus. præterimus & est Virgil, ecia legere nauigare. Virg. lib. ii. Pars cetera pontū pone legit. Et est eligere. In Bucolicis Virg. ipse ego cana legā tenera la/ nugine mala. Legere surripere Vnde & facrilegij de sacro fur/ tum Virg. Nanc sublegi tacitus tibi carmia nup. Legere rur/ sum videre Virg. libro. vi. Quin protinus omniē Perlegerent oculis: ni iam premissus Achates Afforet. Nonius Marcellus auctor. Ausonijs mox. Huc usq; ostendit Catharina se præ/ ceptotibus Græcis usam ex quis Philosophiæ præcepta haulit: nunc Romanis se historijs imbuta manifestat.

Marcellus

Britannia

Facta tue gentis. Romanorum res gestas.

Prologe.

Regna Britanorū. Britanīa a Græcis Albion dicitur ut Pto/ lemeus eā appellat. hodie Anglia a Strevis Anglis q; Saxonīa incoluerunt: veteres hi Britannos in Galliā pepulere: ubi nūc apud Armoricas gētes quondā dictas habitant. Sunt aut̄ qua/ tuor interiuallā quibus ex cōtinenti cōtinue in insulā utuntur quæ ab egressib; amniū extant Rheni videlicet Sequanq; Li/ gerisq; & Garunq;. Strabo auctor. Diuus Cæsar bis in Britan/ niam: & primus ipse Romanus trāsijt. Vnde re nulla quidem magnifice gesta euestigio reuenit. Duabus autē vīctorijs con/ tra Britannos re bene gesta cum duos tū militiū ordines trae/ cisset: accepris obſidibus: magnū seruorū numerū: ingenterimq; prædam reportauit. Strabo auctor.

Strabo

Superbus

Germanorumq; superbam. Superbum: arrogans: truculen/ tum: asperum dicitur Virgilius tertio Aeneid. Stirpis Achil/ lea fastus: iuuenemq; superbum Nonio auctore. Est item æla/ tum amplumq; Virg. in Georg. tercio. Et gressus glomerare superbos. Est & ornatum. Virg. Aeneid. lib. ii. Barbarico po/ stes auro spolijsq; superbi. Superbū itē opulentū. Virg. libro. octauo. Simul ense supbum Rhamnetem aggreditur. Super/ bum iniquum. Virg. quos illi bello profugos egere superbo Nonius auctor. Cornelius tacitus de Germāis scribit Sexcē/ telimum & xl. annū Viſs noſtra (id est Romana) agebat: cum primum Cymbrorū audita sunt arma. Cecilio Metello ac Pa/ pyrio Carbone Consulibus. Ex quo si ad alterū Imperatoris Traiani consulatum computemus: ducenti ferme & decē annū

Virgil.

Nonius
Tacitus

LI. II. FOL XXXI

colliguntur: tam diu Germania vincitur. Cætera laudis Germanicæ scriptissimus Anno superiore ad Iacobum Vypfelinum Sletstatinum. Pretermisimus quod Florus scribit Druſus genitus nō per adulacionem sed ex meritis: defuncto ibi fortissimo inamicus iuuene. ipsi quod nunqñ aliter Senatus ex prouincia cognomen dedit. Sed difficilius est prouincias obtinere quæ facere viteribus parantur: iure retinentur. igitur breve id gaudium fuit. Quippe Germani vici magis quam domiti fuerat: moresque nostros magis quam arma sub Imperatore Druso suscipiebāt. post quæ ille defunctus est: Vari Quintilius libidinem ac superbiam: Quætilia haud secus quæ sequiam odisse ceperunt. Ausus ille agere conuentum: & in castris se direxerat: quasi violenciam & vim barborum lictoris virgis: & preconis voce posset inhibere. At illi qui iam pridem rubigine oblitos enses: inertesque cernerent equos: ut primum togas & sequiora armis iura viderunt duce Arminio arma corripiunt: Varum adorium in eum ille ad tribunal citaret: castra rapiunt: tres legiones opprimitur. Sequuntur est præcipue in causarum patronos: alij oculos: alij manus amputabant. Unius os sumut recisa prius lingua: quæ in manu Germanus tenet tandem inquit: viperæ sibilare desistit. Ipsius quoque consulis corpus quod pietas militum humi abdidat effossum. Signa & aquillas duas adhuc possidet. Hac de factu: ut Imperium: quod in litore Oceanii nō steterat: in ripa Rheni fluminis staret. Florus auctor.

Scythicas Alpes. Caucasum intelligo cuius altissimæ partes Albaniam & Iberiam & Colchos & Heniochos verius sunt. auctor Strabo. Est autem situs inter Ponticum & Hyrcanum mare quod & Caspium auctibus Prolemeo Plinio & Strabone. Hyrcanaque longe littora. Caspium mare ad dexteram nauiganti Europæ continuæ sunt Scythæ & Sarmatæ: qui inter Tanaïm & mare hoc habitat: magna ex parte sunt Nomades. Ad leuam sunt Scythæ que ad orientem spectant: atque hi Nomades usque ad orientale Indorum mare. Ad leuam autem mare Caspium nauiganti Nomades accollunt: eos Iuniores Daas appellant qui etiam Sparni sunt nominati. Dehinc deserta regio interiacet: deinde Hyrcania ubi iam mare in pelagus crescit: quousque Medorum Armeniorumque montibus confundatur. Strabo auctor. Hyrcania eodem auctore opulenta est: opulencia signum ducit quod vitis vini metretam affert: fucus modios sexaginta: frumentum ex fructu nascitur qui cadit ex culmo: in arboribus mellificatur. Ex folijs mel fluit: quod etiam in Maciana Media

Quætilia
nus varus

Arminius

Caucasus

Caspium
mare

Scythæ,

Daæ

Hyrcania

E e

Florus

Ptolemeo.
Plinius
Strabo

Strabo

PARTHENICES SECUNDÆ

& in Sagagena Armeniæ & in Araxena sit. Mare eciam id ocio
sum dicit & non nauigari: propter Incolarum barbariem. Scy
thæ ad diuum 'Augustum legatos misereut Florus scribit.

Florus

Euphrates Et Euphrate. Euphrates fluuius a boreali Tauri montis late
re exoriens primo per Armeniam fluit occidentē versus: dein
dead Austrum flexus inter Armenios & Cappadocas & Com
magenos Taurum recidit. Egressus vero cum prope Syriam
peruenierit: ad Hiemales' ortus reuertitur usq; Babylonem. &
ad Tygrim Mesopotamiam efficit. Ambo in Persicum sinum
finiunt. auctor Strabo lib. xi.

Strabo

Ptoleme

Nabatei Nabataeæ rura. Nabatae in Arabia felice sunt. auctore Ptole.
Syene Syene in confinibus Aegypti & Aethiopie.

Ptoleme

Atlas Et Lybycas arces. Carthaginem & Cyrenam.
Et qua iuga porrigit Arlas Maximus. Montes Mauritanie
duo Atlantes ponuntur a Ptolemeo Minor & Maior.

Ptoleme

Cæsares Inuasit Romanæ gloria gentis. Ordo gloria gentis Romanæ
inuasit regna Britanorum: & cetera quæ sequuntur.

Trægillus

Cæsareos Proceres. Ordo incipit ibi legi. Hoc est: ego legi
Cæsareos Proceres familiâ Cæsarum: quæ ab Iulio Cæsare il
lustrata in Neronem defecit: auctore Tranquillo.

Affyrīj Et quarti sœcula regni. Quartum régnum Romanum Impe
rium intellige Nam Primum regnum fuit Affyriorum & Me
dorum sibi inuicem succedentium: quorum regia Ninus: tū Ba
bylon defecit per Affyrios in Sardanapalū Anacin Daraxis fi
lium. Per Medos defecit in Astyagem. Secundū regnum fuit
Persarum. quorū regia fuerunt Susa. defecit in Dareo quē A
lexander subegit. Tercium regnū fuit Macedonum seu Greco
rum ab Alexandro magno per successores eius deducitum usq;
ad Romanorum victorias de singulis habitas. Quartum Ro
manum Imperiū: quod reuera dudū corruit. Germani de um
bra nominis gloriantur. Quod nisi Maximiliani Cæsaris Au
spicij restituetur: quod sua virtute industria rei deniq; milita
ris scienza: quibus omnibus Christianis Principibus prestat
facile perficere poterit: vereor (utinam falsus sim) Vates rem
Romanā & Turcorum regnum potestatēq; futurum.

Romani Atq; tot illatam. c. f. m. Ptincipibus. Imperatoribus Roma
nis ex quibus h̄i crudeli/hoc est inopinata morte interire. Di
uus Iulius Cæsar. Caius Caligula. Claudius. Nero Claudiūs.
Sergius. Galba. M. Ortho. Aulus Vitelius. Domitia. L. An
toninus Comodus toti orbi in cōmodus (ut Lampridius ait) Lāpridiūs
Helius Pertinax ob auarum animū a Juliano iurisperito in pa

Iaco occisus. Iulianus ipse Gera qui Papinianum alterum iu/
ris cuius consultissimum manu sua necauerat. Bassianus qui si/
bi Antonini nomen desumpsit & Caracallae cognomentum: qui
inter Carras & Edessam ab hostibus occiditur. Alexader q ob
seueritatem qua militarem disciplinā correxit: qui & templū
Christo edificare voluit apud Magunciacū in Gallia militari
tumultu occisus fuit. Maximinus qui sextus a Nerone Chri/
stianos cedibus persecutus: tertio anno posteaquā regnare co/
perat a Pupieno Aquileio quā obsidebat una cum filio Maxi/
mino interfactus est. Gordianus a Philippis qui primi Chri/
stiani Imperatores habiti. Hīj a Decio: Decius a Barbaris Gal/
lus Hostilianus cum Volusiano filio interamne necati sunt.
Tum Aemilianus: tum Galienus ob libidinē Mediolani. Post
humus tumultu militari apud Magunciacum. Victorinus ob
adulteria Agrrippinę occiditur. Quintilius Claudij frater: qui
Claudius Goros incredibili maximaq; clade suscepit. Aurelia
nus qui nonus Christianos persecutus est: de celo tactus iter
Constantinopolim & Heracliam. Tum tacitus: Florianus a/
pud Tarsum. Probus militari tumultu. Carus fulmine iectus:
Numerianus Cari filius Apri sacerdi fraude occidit. Carinus
frater Numeriani a Diocliciano victus scelerum poenas luit.
Aper item a Diocliciano Maximiano: & se ipsum interfecit.

Mores & fūta Deorū. Ad fabulas respicit quæ adulteria &
I stupra Deorū canūt quæ fūta dicuntur.

Et randē nihil esse d. mut. eui. Oīa vanā & mutabilia.

Sic Arabum. Chaldeos intelligo.

Quoē vi. f sc. sen. Quod Io. n. Io Inachī Argiuorū Regis
filia: quæ rapta a Phoenicibus ad Aegyptios deportata: Isis di/
cta fuit: ut Oui. scribit Herodotusq.

Io

Quod Ichneumon. Post Arsinoiticā Heracleoticāq; prese/
eturam est Herculis ciuitas in qua colitur Ichneumō. Strabo
ne teste est aut̄ aīal ut Diodorus scribit caniculo p̄simile. Aspi/
dibus & Crocodelis perniciē īferens: eas enim & eā oua de/
lent luto incrustati. Inuoluitur enim Ichneumon ī luto: po/
stea ad solem siccatus aspides per caput vel caudam capiens in
flumen trahit atq; occidit. Crocodelis vero apricantibus insi/
diantes Ichneuniones in oris hiatum intrant: & exelis v. sceri/
bus ē uentre mortuorum egrediuntur. auctor Strabo Dido/
rus Plinius meminit pariser & Solinus.

Et quod latrator Anubis. In Aegypto p̄fectura ē Cynopo/ Anubis
litana: & canū ciuitas in q̄ Anubis colit & honor. & facer q̄dam

E e η

Ouidius.
Herodot.
Strabo
Diodor.

Strabo
Diodor.
Plinius
Solinus.

PARTHENICES SECUNDÆ

cibus canibus est cōstitutus. Strabo.

Strabo

Aegypcijs. Accipiter Feles. Sunt quēdam animalia quae Aegypcijs uniuersi colunt quemadmodum ex terrestribus tria: Bouem: Canem: Felem. Ex volatilibus Accipitrem atq; Ibim. Ex aquatilibus duo Lepidotum pīscera & Oxyrinchum. Sunt alia quae quisq; seorsum colit: ut Saītē & Thebani ouem. Latum vero qui pīscis quidam est in Nilo Latopolitani. Lupum Lycopo/ litani. Gynocephalum. Hermopolitani. Cepum Babilonij qui sunt iuxta Memphim. Cepus faciem habet Satyro simile: cetera inter canem & ursum: & in Aethiopia nascitur.) Aquilam Thebani. Leonem Leontopolitani. Capram & Hircum Mende sū. Murem Araneum Athribite. Itē aliū aliud. Strabo in. xvi.

Strabo
Herodot;

Ibis; Ibis. auis est peculiaris Aegypcijs. Eius species talis est Herodoto teste. nigra tota vēhemēter est. Cruribus gruinis: rostro maxima ex parte adunco eadem qua crex magnitudine: & hēc species est nigrarum quae cum serpentibus locustis & brucis pugnant. Alię pedes humanis similes habent (nam bifarię Ibides sunt) gracile caput: ac rotū collū: pennę candidę præter caput ceruicemq; & extrema alarum & nacium: quę omnia sūt vēhementer nigra crura & facies alteri cōsentanea. Herodotus auctor. Quae apud nos serpentum genera populātur Ciconijs sunt nō Ibides. Solino teste. Vnde errant qui pro Ibide Ciconiam interpretati sunt. Ibyx cum. y. Græco in secunda syllaba genus est Caprej silvestris: ut est apud Pliniū libro. viij. & Diuus Hieronymus in Iob. capite. xxix. Nunquid nosti tēpus partus Ibycum in petra. & producit in obliquis by syllabā fēminicq; generis est.

Solinus

Ciconia

Plinius
Hierony.

Ibyx

Numen habet. quasi dicat nullum: nam vana animalium cultura est. Accipitris Felis. hoc est Catti. Bouis. Apidis. Oxyrinchi Pīscis & Ibidis.

Hi stygis. Quare Dñ nō audent peierare per stygem dicit Poeta cauſam. quoniam demones sunt: & puniuntur inferna libus aquis. Veridicum Christum Deum: qui mira fecit ut historia euangelica canit: fugitis.

Ter sena. Annorū duo de viginti. Bruma hiems & frigus: Sedula Persephone mendacis imagine sumpta Pīncernæ Ichthyboli cui vox obscura procaxq; Ingenium: tumidæ fauces: turgencia labra: Diffusęq; aures & nasi plurima moles:

LI. II. EOL XXXIII

Signa viri ex cordis: missaq; furentis habena
 Perbreuis: & grandes proceri corporis artus:
 Angustūq; caput: frons multo obscura capillo.
 Hic erat in magica Regi comes unicus arte.
 Fatur: & obscuris vocem de naribus haurit.
 Virginis unius quod tanti pendimus ora.
 Rex Romane: rudes inter facunda videri
 Garrulitas indocta potest: nos prelia docti
 Miliciamq; sumus: si dimicet ense vel hasta
 Nemo ex hoc numero tali fugiturus ab hoste ē:
 Verum hoc nō ferro bellū sed voce gerendum.
 Nemo est omnis homo: nō oēs omnibus artes.
 Collige finitimi claros ex urbibus omnes
 Rhetoras: & quibus est Romanę copia linguæ.
 Audiat hos mulier de religione loquentes:
 Et pudeat carplisse Deos: explosa Dione
 Aeneadum matri & nostro det thura Quirino.
 Si neget: impietas ferro plectetur & igne.
 Persephones omni placuit sententia mensæ
 Et simul a toto cœtu laudata sedentum.

Sedula Persephone. Inducitur pserpina Ichthyboli sumpta
 effigie p̄suadens Maxencio ut Rethores tocius regni citet: ut
 Catharinæ cultū p̄suadeat Deo & Christi religionē vanā the-
 thoricas argumētis insinuent: & huius methamorphosis occa-
 sione tui pis obsceniq; corporis Ichtybolum depingit. Græce
 Χειρόπολος p̄scator dicitur qua de re ex officio turpē notat.
 Homerus de p̄scatoribus. Est is enim vili patrū de stirpe crea-
 ti: Quis nec opes multæ: nec sunt pecuaria multa.
 Nam soliti ludos celebres inferre theatris
 Talia Romani curant spectacula ciues.
 Mittitur ad Solymos: ad Idumeos: & Erembos
 Ad clarā Zenone Cyprum: licet æquora vetus
 Tollat: & albentes veniant ad littora flūctus,

E e iiij

Homerus

PARTHENICES SECUNDÆ

Regia contemnit leges & frena libido.
Mititur ad Schediae campos: Mendesiacq; arua:
Hermopolisq; lares: ad aquosam Naucratis orā
Necropolim: & claram Menelai classe Canopū.
Qui vocet eloquio insignes fandicq; peritos.
Præmia victori statuit vasa aspera gemmis
Auræ: purpuream vestem lauricq; coronam.

qui q̄tria:

Nam soliti ludos. Domicianus Imperator celebrabat quot/ annis quinquatria Minerue in Albano: cui collegium instituerat: ex quo sorte ducti qui magisterio fun gerentur: redderent/ q̄'eximias venaciones & scenicos ludos. Ibi & Oratorū Poetarumq; certamina: quibus laudes Mineruae canebant. auctor Tranquillus meminit Papinius in siluis. fuit & certamen Iouis Capitolini: in quo Iouis Capitolini laudes pro argumento materiaq; fuerunt ut Fabius meminit. Poeta ad huiusc ludo videtur alludere: tanq; spectaculo futura sit Catharina cōtendens cum Oratoribus.

Talia Romani. In graciam plebis huiusmodi spectacula fierant ab ædilibus qui præpositi ludoꝝ plebis captabant sauroꝝ: ut est apud Iuuenalē & Ciceronē in libris officiorū.

Mititur ad Solymos. Hierosolima itellico: quos Poeta in prima Parthenice appellavit Solymos.

Ad claram Zenone Cyprum. Cicum ciuitas Cypri Insulae est Ptolemy teste: hæc portū habet clausum: ex hac Zeno fuit stoicæ sectæ auctor: ut Strabo scribit: ex ea fuit & Apollonius medicus.

Licet equora. Maris tempestas impedimento nō fuit: quo minus sub sua hyeme nuncij emitterentur a Tyranno.

Ad Schediae capoꝝ. Schedia quatuor Schoenis distat ab Alexandria quæ habitatio urbi similis est: & nauale habet thalamiferorꝝ nauigiorum: quibus principes in superiorē nauigat regionem. Hic eciam eare rerum vectigal exigitur: que a lupo rione Alexandriæ parte importantur & exportantur: cuius gratia & ratis in flumine iuncta est: unde loco nomen inditum est. nam καὶ Χείρατις dicitur Strabo.

Mendesiacq; arua. Auctore Strabone in Sebennitica prefectura Aegypti ciuitates sūr & Hermopolis & Mendes: ubi Pan colitur & hircus animal. & ut pindarus ait hoc in loco hirci cum Pindarus,

Zeno

Schedia

Mendes
Hermo
polis

Traglius
Papinius.

Fabius

Iuuenalis
Cicerο.

Strabo

Strabo

Pindarus.

LI. II. FOL. XXXIII

muleribus coeunt: ut Mendera proximum mari præcipitum.
Ultimum Nilis cornu caprarum palcuntur greges. Et lasciuim
liveribus miscentur hirci.

Prologe: Et ad aqua Naucratis. Ciuitas Aegypti est Naucratis Ptolemaeo teste quam aquosam dicit habere oram proper inundacionem Nili. Nam urbes Aegypti stationes nauium faciunt. Nil Aegyptum super gressum: ut Herodotus scribit.

Herodot. Necropolim ciuitas Aegypti Strabone teste. Et clar. Me Canopus, nelai classe Canopum. Canopus centum ac viginti stadijs distat ab Alexandria pedestri itinere vadentibus: dicta de nomine Canobi: qui Menelai classem gubernabat: & ibi mortuus est. Strabo auctor.

Interea cupidus regni Maxencius alto
Corde volutabat Romam. cupit ire per undas
Nauigio celeri: patriæque inuadere fines:
Sed piceae nubes & hyems contraria nautis
Impediunt cursus. Aquilo bacchatur: & Eurus
Importunus agit pluuias: freta concita clamant
Nec spes ulla viæ sperest nisi Vere reuerso:
Nam quamque hybernis nonnunquam tuta diebus
Aequora sint dubio tamen inconstancia coelo.
Propterea inflatum rabies abscondita pectus
Rodit: ab Imperio exclusum dum se videt undas
Execrat: & ventos & singula Numina ponti:
Doridaque & natas cum matre: Palemona Glaucum
Protea: & Oceanum cum coniuge: vela ratesque.

Interea cupidus regni Maxencii de Ro. imperio sollicitum inducit Poeta: ac secum stomachantem: difficultatem nauigandi ob Hyemis intemperie: eoque furiosius in Virginem debachatur: ex ecraturaque undas maris & ponti Numina.

Ouidius: Doridaque & Natas. i. Nereides cum matre Palemona. Palemon Nereides, latine Portunus dicitur. Ouidius in Fastis Quem nos Portunum Palemon sua lingua Palemona dixit. fuit Athamantis regis Thebanum & Inus filius cum quo mater precipitem se dedit in mare. reliqua in prima Parthenice declarata sunt.

Concitus in mitem parat eructare Puellam

E e iiiij

Iulius
Cicero
Fabius
Iouani
Cicero
Scrobo
Sexto
Sexto
Pindar

PARTHENICES SECUNDÆ

Conceptum virus: tacitaq; incenditur ira.
 Non secus ac circumpositis hastilibus ardet
 Ceruleus serpens: & aperta fauce venenum
 Colligit: igniuomisq; oculis atq; auribus altis
 Sibilat: & tetram diffundit in aera pestem.
 Sic furit impaciens Cæsar, iuuat ignibus ignes
 Persephone, modo nyctericidē modo nycticoracē
 Fugit: & hoc acri premitur Maxencius cestro:
 Perdius & pernox: animū quoq; somnia vexāt.

Cio. Concitus. Stacius lib. x. Ecce ad Dirceas iunxit dux conci-
 tus alas. Prisciano auctore. Cio. cis. quarta: & cieo cies secunda
 coniugacione declinari potest. Stacius lib. Thebaidos tercio.
 sius excit in arma Antiquā Tirynthia Deos. Virg. colū ter-
 ramq; ciebo. Supinum a quarra coniugacione verbo ci. sylla-
 bam producit: quā a verbo secūde corripit ut supra Stacius.
 Virg. producit li. Aeneidos tercio. At genus ex sylvis Cyclo-
 pum & montibus altis Excitum ruit ad portus: & littora co-
 pler.

Iuuat ignibus ignes. Persephone addit furores furori.
 Nyctericidē. Modo Nyctericidē. Nyctericis Græce Vespertilio dicitur la-
 Nyctaco/ tine Nycticorax corvus nocturnus: Kóραξ n. corvū significat Probus
 rax.
 Ostro. Probus ait Asilus genus est Tabani & vocatur Gr. Probus
 Asilus. ce Oestros. Perdius. id est Tota die aliquid agens. Pernox to
 Oestrus. ta nocte vigilans.

Arduus Aeoi moris est Titanis ad ortum
 Mons Asiae Libyæq; sedens confinia iusta
 Et quasi cōmunicis limes caput erigit altum
 Aslyrios Arabesq; videns Aegypciacq; arua
 Vertice de summo. Casium dixer. sepulchro
 Romulidæ magni & celebri Iouis inclytus æde.
 Huc oblectandæ studio per littora mentis
 Ferture quo Cæsar: triduocq; in rupibus altis
 Delituit magicis exercens carmina signis:
 Ichthybolusq; comes: tenuiq; abscondita nube

Prisciāus,
 Stacius
 Virgil

LI. II. FOL. XXXV

Persephone; & tacito profert mendacia risu.

Plinius
Strabo
Prolome.

Ardius Aeoi mons Casium monte describit cuius Plinius Casius
Straboq; sepius meminere. Est alius Casius Seleuciae mōs Pro
Iemō teste. Primus Aede Iouis Casij insignis est: & Pōpeij tu-
mulo. Strabone auctore. Poeta inducit Regem ad Casium mō-
tem migrasse ibiq; magiam exercuisse: qua occasione Regina
Maxencij uxor Catharinā alloquitur & a beatissima virgine ad
Christi fidem baptismūq; conuertitur una cum Porphyrio:
quē Cyrenēsium p̄fectum Poeta fuisse testatur.

Interea Coniunx vultu verbisq; Puellæ

Capta moras nō fert: sed mox absente Marito
Opportuna videns data tempora nocte silenti
Cum duce Porphyrio qui prestatissimus armis
Cyrene prefectus erat: sed venerat illis
Milite cum multo sacrum ad soleinne diebus:
Tendit ad horrentes obscuri carceris umbras
Et tenui densam superat vix lumine noctem
Ignis: anus cornu clausum quem preuia gestat
Hostia claudebant: aditum tria ferrea magnis
Vectibus: & squalere situ locus ante solebat
Terrefico: nigra fornix caligine tinet:
Humidus: & nitrea paries lanugine candens:
Marmoracj assiduum semper lachrymācia rorem
Et iam cardinibus primo de limine versis
Impulit ignotus nares odor omnia vincens.

Interea coniunx. Maxencij uxor una cum duce Porphyrio
ad carcerem accedit: discitq; ab ea Christi fidem.

Anus cornu clausum. Laternam designat corneā: a latēdo di Laterha
etiam: qm̄ lumen occultat & in ea lucerna collo catur. Lucerna:

Hostia. d. aditum Carcerem situ & squalore oblitū descri-

bit: fetoremq; comutatum in odorem suauissimū.

Humidus & nitrea. Plinius lib. xxxi. Nitri naturam describit quā non multum a sale distare dicit. Poeta hic lanuginem
albam parietum intelligit; nostri sal petrē appellant.

Plinius.



PARTHENICES SECUNDÆ

Quæ Reges unguenta Syri Persæq; solebant;

Delicias inter germis includere & auro

Talia seu mallent proprios seponere in usus

Vnguentæ

Q ue reges. Plinius de unguentis libro. xiiij. ait. Hæc est ma
teria luxus e cunctis maxime superuacui. Margarite enī gem
meq; ad hæredem transeunt. Vests prolongant tempus. Vn
guenta illico expirant: ac suis moriuntur horis. Q uis primus
inuenerit non traditur. Iliacis temporibus non erant: nec thu
re supplicabatur. Castris Darei regis expugnatis in reliquo ei
us apparatu Alexander coepit scrinium unguentorum.

Seu dare natarum muliebri scrinia mundo.

Mox rimis illustre iubar clarescere visum

Quod duplices abigat noctisq; & carceris umbra

Attoniti pressere pedes: & lumine tecto ras

Auribus arrectis pendent: audire loquentes

Concentumq; Lyrae exilem vocesq; canentum

Pertenues visi, raptæ dulcedine mentes

Per longas immota moras vestigia figunt.

Talia coelestes animi solacia castis

Indulgereso lent: terræ contagia postquam

Dedidicere graui scelerum de turbine sanctam

Deducti ad mentis requie atq; silencia claustra.

Prolata mox luce fores reserantur: & ipsam

Compedibus vinctam duris gelidaq; grauatam

Mole catenarum & grauia inter saxa iacentem.

Ieiunam tremulamq; gelu videre Puellam.

Seu dare natarū. Vncebat odor iste unguenta quæ Persæ &

Syri Reges solebant seponere in proprios usus: seu dare. i. dicitur

Mundus. sponere Icrinia natarū. i. filiag; muliebri mundo. i. ornatus mu
liebri. Mundus muliebris dictus est a mundicia ornatus Varro. Varro
rone auctore. Pompeius Mundus appellatur cœlum: terra ma. Pompeius:
re: aer: ornatus muliebts.

Mox rimis illust. Lumen refusisse in habitaculo carceris de
signat. Angelorumq; concentum.

LI II. FOL. XXXVI

Quod neq; Myrmidonū qſq; Dolopūue nec
Phallaris aut duri miles Busiridis ausit ipſe
Non Diomedeus stabula inter ſæua minister:
Hoc feruſ infandi ſceleris Maxencius auctor
Indignus qui viuat agit. clemencior ipſo
Crudeli Regina Viro charifſima Virgo
Dixit: in has tenebras quæ te fortuna rededit?
Cur tali ærumna tantoq; horrore ſepulta eſt?
Quis tuus iſte Deus qui te tam triftia iuſſit
Vincla pati: cur vis teneræ miſeranda iuuentæ
Perdere felices iſtis cruciatibus annos?
Ad quam ſubridens oculis cum voce leuatis
Virgo ait. infectæ fulgenti murice vefteſ
Ante cadis rapidos ignes paciuntur ahenis
Quā celebres uſus habeant: Regumq; ferantur
In thalamos. prius accenſis fornacibus aurum
Solutur in riuos & multo vapulat ictu
Quam gremio ſuaves epulas & vina capaci
Accipiat. multo ſubiguntur verbere farra
Ante fatigatis quam ſint alimenta colonis.
Mens humana ſui ſub inertī pondere preſſa
Carceris & terræ latitans in mole caduca
Non niſi per luctus & lamentabilis æui
Supplicia ætermos mundi ſortitur honores.
Non aliter feciſ luteæ contagia poſſunt
Abradi: imbibitas ſordes animoq; receptas
Hæ reſerant artes. nece Regina voluptas
Si veri tibi cura boni / ſi cura ſalutis
Perpetuae fallat: blanda ſub imagine ſemper
Ingriditur. nardi ſuccos unguenta ſapores

PARTHENICES SECUNDÆ

Mellifluos præfert vultuq; applaudit amico.
Sed nihil est sine fraude; latent sub melle venena
Quæ postq; imprudens biberis fugit illa repete
Læta dolis: manet infixum sub pectioce virus.

Quod neq; myrmidonū. Virgiliana imitacio, crudelitatē
enī his populis Virgilius tribuit in secundo Aeneidos. Q uis
talia fando Myrmidonum Dolopumve: aut duri miles Vlyxi
Temperet a lachrymis. Sunt autē Myrmidones populi Thes-
salię: qui ex Aegina profugum Peleum comitati sunt. auctor
Strabo Dolopes thessalię item & ipsi ad extrema Phthię loca-
tur ut Strabo meminit.

Myrmi-
dones.
Dolopes.

Phalaris

Strabo
Ouidius?

Phalaris. Poeta geminat. Il nam Ouidius primā breuem p-
tulit libro Tristium quarto Dixerat: & Phalaris poēmā miran-
de repertor. Phalaris Agrigētorū in Sicilia Tyrānus Pytha-
gorē Philosophi temporibus fuit. scribit autem se in epistolis
Iuis Leodomantis filium: Astipalensem: patria exulem: tyran-
num Agrigētorum: multa expertum: animoq; iniuctum.

Dic dor

Osiris.
Typhon.
Buliris

Aut duri miles Busiridis. Diodorus scribit in Osiridis velu-
ti frugum ac fructuū repertoris memoriam apud posteros im-
mortalem: boues, rufos quoniam videntur colore similes Ty-
phoni qui Osiridem necauit īmolarī permīssum. Er homines
quocq; colore Typhōis antiqui Regis ad sepulchrum Osiridis
sacrificio mactabāt. Quia ex causa pauci rufi Aegypci reperi-
bantur: externi plures. Hæc res materiam fabulādi Græcis de-
dit Busiridem hospites necasse. Hūc Busiridem hospites necā-
tem Hercules iterfecit Diodoro teste. Ouidius in primo de ar-
te aliam ponit causam.

Diomed.

Non Diomedes. Diomedes Thracum Rex equos feroces
habebat: quorū p̄se pia aerea: ferreis catenis equi vincieban-
tur: hospitum eo diuertēcium carnibus alebantur. hos cupi-
ens Hercules abducere primo Diomedē coepit deditq; suo ex-
emplo equis comedendū. Mansuectores deinde factos ad Eu-
rystheū perductos Iunoni sacrauit. Honū genus usq; ad Alex-
andrum Macedonē permansisse: scribit Diodorus. His omni-
bus crudeliorem fuisse in Diuam Catharinam Poeta Maxen-
ciū delingat.

Idem

Clemencior ipso. Maxēcio: Reginā virginē alloquitur: que-
rens fortunæ aduerse causas erumna rūq;.

Virgo ait. Rñdet diua Catharina p̄ similitudi nē purpure: &

LI. II. FOL. XXXVII.

auri nū farris: quæ prius varijs agitantur modis: quā in usum
veniant. Sic mens humana pressa inertī pondere corporis per
luctus & lachrymas varijs supplicia sortitur æternos hono-
res: lutea fece derafa: virtute vincente. Volupias autem blāda
veneno inficit: manetq; virüs pectori fixum.

Dic ubi nunc illæ: quarum vulgata theatris
Crimina cōculcāt probitatem humanæ corda
Mortiferis abigunt studijs: Briseis: Elisa:
Phyllis: & Oenone: Sappho: Chryseis: & Helle:
Tyndaris: & Mater: Medea: Pasiphae: q;

Dic ubi nunc illæ. Puellas enumerat blanda voluptate perdi-
tas: quarum crimina theatris decantata probitatem conculcāt
& humana corda mortiferis studijs abigunt. i. seducunt.

Briseis. Græci ad trojanam obsidionem properantes: finiti-
ma populabantur oppida. Achilles Ciliciam Thebaicā in qua
Eecion pater Andromaches regnum tenuit: tum Lyrnefiam hippodāa
cui Menetes præter inuasit. Ex Lyrnefo Brisei filiā Hippoda-
miam abduxit: quāuis Eustachius ex Pedaso abr. ptam tradat.
hanc ei abstulit Agamemnon cum Astimone Chrysei filiam: Astymoe
quem sibi delegerat restituere cogeretur: qua de re indignatus
Achilles pugna abstinuit auctor Homerus in Iliade.

Elisa. Belus cognominatus Metres Phœnicis filius Pigma-
leonem Annā & Eiifam genuit quā a virtute Didonem dixe-
re. Pigmalion patri in regnum successit. Elisa Sicarbæ nupsit

quem Virgilius Sicheum appellat. is autem genitus erat ex
Phœnicis filio Phœnicum ditissimus Sacerdosq; Herculis: q
honor erat apud Phœnices maximus. Pigmalion opibus in-
hians hunc clam trucidauit. Elisa in somnis monita sublatu-
ingenti thefauro in Libyā cum sorore Anna nauigauit: em/
ptoc; solo hoc est terra ab Hiarba Ammonis filio Numida: rego:
re: quātum taurino' corio circūdaret: quem in munitissima
secuit lora urbem condidit Carthaginē: post captū Ilium an/
nis centum sexaginta quatuor. Aeneam ad Didonem venisse
fabulosum est primo ab Ennio dictum quem Virgilius latini
q; Poetæ secuti Aeneam naufragum in Africam delatum tradi-
derunt suscepturnq; hospicio & thalamo. Demum iussu Mer-
curij in Italiam nauigans Elise mortis prestitit causam ut Vir-

Thucidid Trogus gilius canit in quarto. Superiora ex Thucideac Trogo.

Virgil

PARTHENICES SECUNDÆ

- Phyllis. Lycurgi Thracum Regis filia quæ Demophoonte
Theſei filium hospicio ſuscepit obq; amore eius laquoſe ſeſu/
ſpendit. Et Oenone. Paris Priami filius: quem Homerus A/
lexandrum nominat Oenonenympham Phyrīte fluminis &
Creuse filiam amauit: quam uxorem Alexandri fuiffe: prius
quæ Helenam raperet auctore Strabone nonnulli tradunt. ex ea
quocq; duos genuit liberos Daphnīm & Ideū. Paris rapra tan-
dem Helena: duætaq; uxore Oenone contempſit: quæ tamē tā
to eius amore flagravit: ut cum a Philo ſtere sagittis Herculeis
Alexander conſoſſus ad eam ferretur: cadauer Oenōe comple-
xa: fouens uulnera expirauit ut Septunius auctore eft. Phyrītes
amnis ut Plinius libro quinto ſcribit stagnū Pegaseum expel-
lit. unde ab Ouidio Pegasis enone dicuntur. quanuis aliqui a
πηγήσ hoc eſt fontibus dicitam ſcribant.
- Strabo
Septūlius.
Plinius
- Sappho. Mitylene
- Lef bia ex Mitylene ſcripit libros Lyricos nouem
prima pleſtrū reperit. Scripit epigrāmata: Elegias: Iambos &
Nenia. Suida auctore. haec Phaonem dilexit cuius amore ſe &
petra Leucade eiecit. hunc amore Plinius herbe tribuit. xxij na-
turalis historiæ ubi de centū capita ſcribit. Portentosum quid
de ea traditur: radicem eius alterutrius ſexus ſimilitudinē re-
ferre rara inuentu: & ſi viris contigerit mas: amabiles eciā fieri
ob hoc & Phaonem Lefbiū dilectum a Sappho: multæcq; circa
hanc non magorum ſolum vanitates: ſed & Pythagoricorum
haec Plinius.
- Suidas
Plinius
- Chryſes. Aſtymone Chryſe ſacerdotis Sminthei Apollinis
filia rapta ex Thebis Cilicia ut Homerus ſcribit: hanc ſibi A/
gamemnon Gr̄cor; Impator ex omni preda delefit. Chryſe
ſacerdos multis muneribus oblatis Agamēnoni filiam repe-
ciit: Agamēnon ſenem minabundus obegit: Apollo antiſtitis
ſui contumelia percitus: nouem diebus ut Homerus ſcribit &
ſumenta & homines sagittis confodit: cadebat hac peste misera
da multitudo. Achilles Palladiſ monitu: vocata cōcione de pla-
canda Deorum ira deliberat: Calchas Theſtoris filius: niſi A/
ſtymone patri redderetur placari Apollinē non posſe in mediū
protulit. Acclamatiibus uniuersis Agamemnon per Vlyſsem
Puellam patri remiſit: Abſtulitq; Hippodamī Achilli. Achil-
les indignatus pugna abſtinet: vincuntur Gr̄ci. ab his conte-
cionibus Homerī Ilias argumētum habet.
- Homerus
- Et Helle filia Athamātis Argiūorū Regis fuit Helle: Phry/
xi ſoror. Diodorus.
- Tyndaris.
- Tyndaris & mater. Tyndaris patronymicum ſoemininum
- Diodor

LI II. FOL. XXXVIII.

a Tyndaro & Helenam designat Leda filiam. Iupiter enim ex Taygetæ Atlantis & Pleiones filios genuit Lacedemonem & Amyclum: Amyclus Oebalum. Oebalus Tyndarum & Icarum ut Strabo scribit. Tyndarus ex Leda Thespij Pleuroniorum Domini filia Helenam & Clytemnestram: tum Castor rem ac Pollucem genuit. fabulæ ex Ioue & ouis genitos volunt.

Medeaq; Eete Colchorum Regis filia. Pasiphae Minois ux/ or solis filia. In quinto loco Spondeus.

Medea
Pasiphae;

Atq; meæ Cleopatra domus græue dedecus: oes
Ut duxere breues foedis in sordibus annos
Ad stygios venere lacus: terræq; sub umbras
Forma voluptates & opes & gloria regni
Nō valuere sequi dominas. post funera nlla est
Dīsparitas animis: nisi quam dū vescimur aura
Dīsparitas morum inducit. si cernere fas sit
Aethereos Reginæ lares & limima Diuum:
Occidet omnis amor vitæ mortalis; & ultra
Nulla dies posset curis abducere vanis
Alcius afflatam diuino numine mentem.
Nec nisi per multos voluit Deus esse labores
Ad sua regna viam: nec sidera segnibus offert:

Virgil
Strabo
Plutarch.

Atq; meæ Cleopatra. Virgilius. Sequiturq; nephas Aegyptia coniunx. Cleopatra Auleræ filia: que in potestatem Augu-
sti deuenit Antonio mortuo: ut Strabo Plutarchusq; scribūt.
in qua Lagidarum imperium querum est. Dicit Poeta dede-
cūs meæ dōmus. Catharina enim virgo pudicissima ex Lagi p
genie seriem originis duxit ut supra cecinit Poeta.

Cleopatra

Si cernere phas sit. Hoc dicit si quis videre posset coelestes
domos: sperneret vitam præsentem: omnemq; vanam curam
abijceret. solis cœlestibus intendens.

Sic nos ipse suo noster princepsq; paterq;
Admonet exemplo Christus: qui brachia ferro
Transfigenda dedit: plantasq; & pectus apertū.

PARTHENICES SECUNDÆ
Ipse videns hominem antiquis erroribus actum
Immersumq; altis tenebris nō posse reuerti
Ad celestis iter patriæ: & simulachra Deosq;
Marmoreos colere & vili se credere ligno
Venit in hos artus: & aperto lumine noctem
Abstulit horrendam: atq; vagos collegit in unū
Iusticiæ & fidei callem: quō sancta nepotum
Posteritas adiuta domos intraret Olympi.
Sed tuus hic Cæsar diuum responsa sequutus
In verum mouet arma Deū: multosq; trucidat
Christigenas: qui mox ut deseruere caducū
Corpus in ætherios ignes & sidera tendunt.
Ipse autem infelix omniq; miserrimus æuo
Se graibus mergit pœnis: & more Gigantū
Pugnat ut: excelsos trahat in sua pectora mōtes
Nunc delubra Iouis nocturnaq; consulit exta:
Et sibi promittit sceptrum Tarpeiacq; regna
Ambit: & ignauo sperat succedere Patri.

Sic nos ipse suo Christus id exemplo sui martirij docuit.
Et more gigantum pugnat. Idololatras Gigantibus cōpat
qui Iouem cœlo pellere annisi sunt ut est in fabulis.

Tarpeius

Tarpeiacq; regna Romanum Imperium. Mōs Capitolinus
dictus Tarpeius a Virgine Tarpeia: quæ ibi a Sabinis necata
armis: & sepulta: eius nominis monumentū reliquit Varrone Varro
auctore quod eciam nunc eius rupes Tarpeium appellatur sa-
xum. Ambit & ignauo. Maximiano Herculeo qui in Luca-
nis priuatam duxerat vitam ut ostensum est.

O fragiles curæ o dominandi insana libido:
Quot Lacijs nuribus lachrymas q̄t funera romę
Quot cædes dabit illa dies: cū dignior ipso
Missis ab occasu princeps insignia Christi
Qui feret ommissis aquilis latiliima solus

LI. II. FOL XXXIX.

Regna gubernabit. Christoq; auctore potitus
Imperio Christi leges extollet ad astra.
Vir tuus arma ferox capiet: sed Marte sinistro
Corruet: & tristes Erebi rapietur ad umbras.
Quare age ne nostros luge Regina dolores:
Sed magis ærumnas & formidanda mariti
Damna tui: proliscq; tuæ: stragemq; tuorum,
Namq; ego si paulū afflicto sum corpore pressa
Nil tamen est in me flendum mihi: sidera carcer
Parturit iste mihi: faciunt tormenta beatam
Et iam finis adest: noctem iam terminat ortus
Lucifer: & clari facies aperitur Olympi.
Sic ait auditas quasi quædam oracula voces
Cum duce Porphyrio voluens regina Sibyllam
Cœlitus afflatam nec verba humana sonantem
Extimat: & paucis sic est affata Puellam.
Credimus o Virgo cœli te arcana tenere
Nec te tanta pati nec te sine numine fari.
Credimus & Christo tecū: volumusq; salutis
Participes tantæ fieri: clarescere Christus
Incipit: & totum late regnare per orbem.
Omnia Christus habet: rubet oīs sanguine tellus
Innocuo. memini Romæ vidisse gregatim
Christigenas duci: & quosdam perijisse ferarum
Morsibus: & quosdā gladijs: in flumine quosdā
In mare cōplures fodienda ad marmora missos.
Flumina terra fretum fuso sacra cruore
Numē habet Christi: deben' & omnia Christo,
O fragiles curę. Exclamatio cum irrisione.
Quod Lachis nuribus. Lacium Italæ pars in qua Tyberio
ha hostia: & Roma terrarum caput quindecim mille passuum

F f

PARTHENICES SECUNDÆ

inter uallō a mari. Plinius auctor.

Imp. Con
stantinus.

Cū dignior ipso. Constantīnū intelligit: qui p̄imis liberā diuini verbi p̄dicationē p̄misit tēplaq; in Christi honorē cōstrūtū: ut Ecclesiastica tradit historia. Constantīo enim Eboraci mortuo: Constantīnus eius & Helenæ filius occidētis imperiū: maximo omniū consensu adeptus est. Maxencīū prætorianī milites tumultu excitato Augustū nuncuparūt. Constantīnus cōtra Tyrannos reliquos Līcīnīū (qui Constantīni sororē in uxorem habebat) & Maxenīū mouens: Maxencīū p̄glio vicit ad pontē Milium: atq; ita superat: ut dum p̄glo dolore suarum fraudum oblitus: pontē ad decipiendū hostem structum decipit pulis transit: cum magna parte suorum satellitū submergitur. Ob hoc Poeta dicit principem missum ab occasū qui insignia Christi seret: omisssis aquilis. Nā iturus ad bellum non alio signo quā Crucis usum legimus. Q uod sereno coelo dū in Maxencium mouet & viderat & adorauerat: astatesq; angelos auidierat dicentes. Constantīne in hoc vīncēs: quod eciam fecit ac Tyrannos omnes a ceruicibus populi Romani Christianorū depulit: ut in Ecclesiastica historia tradit Socrates: tum Euſebius Pamphili qui id se ab Imperatore Constantino audisse refert. Sicait. Vxor Maxencij una cum Porphyrio hęc Catharinae verba audientes ad Christi fidem conuertuntur ut Poeta prosequitur: & diuina Catharinae historia habet.

Vidi ego Ceciliæ poenas: & flebile sanctæ
Funis Anastasiæ vidi: Euphemiaq; dolores.
Tyburti fratriſq; necem, crudelia nobis

Cecilia

Vidi ego Ceciliæ poenas. Poeta noster eos sequitur: qui Urbani Pontificē sub Diocliciano fuisse perhibent: qui Valerianum virum præstantissimū beatę Ceciliæ sponsum: & Tyburciū eiusdē Valeriani fratrem ad fidem Christi perduxit qui postea martyriū constantiā animo tulere. Quā condicio nem eciam Cecilia subiit in domo paterna: iam antea suo roga tu ab Urbano Deo dicata. Grauior historia tradit hunc Urbani illorumq; sanctorū passionem fuisse sub. M. Aurelio Antonino cognomento Heliogabalo: quod sibi nomen a Sole de sumpsit: cuius sacerdos erat. Phoenices enim Heliogabalū Solem vocant.

Funis Anastasiæ. Anastasia sub Diocliciano passa legitur tū Euphemia. Tyburti fratriſq; Valeriani sponsi Ceciliæ.

Helioga
balus.

LI. II. FOL. XL.

Vulnера Chrysogoni veniens narrauit ab Istris
 Nuncius: & fateor lachrymæ cecidere te pentes.
 Hippolytus laniatur equis. Laurencius ardet:
 Nec superare virræ flammæ neq; ferrea possunt
 Verbera, sic emitur cœlum: sic inuidus Orcus
 Vincitur: & nulla esse potest victoria maior.
 Iam mea terruerant crebræ corda intima mortes
 Et tanta horrebat passim lamenta: Virumq;
 Sæpius increpui: verum furibundus & atrox
 Nec seruare modum miseris neq; parcere nouit.
 Viderit ipse suam sortem, nos castra subimus
 Christe tua: & posthac tua numina sola seque-
 Pauca pati facius: breuibuscq; eterna parare mur
 Gaudia supplicij: quā dum fugiencia frustra
 Complexi bona conamur retinere laborem
 Perdere: & ifernos demū descendere ad amnes,
 Sic ait, & rubro surgebat ab æquore fulgens
 Lucifer: & Calsum rutilans Aurora cacumen
 Luce colorabat crocea. Regina comesq;
 Porphyrius fletu madidi redire per umbras.
 Nona dies aderat: turba stipante Tyrannus
 Affuit: at decima subierunt mœnia luce
 Rethores acciti verborum ambage parata.

Vulnера Chrysogoni. Beatus Chrysogonus Diocliciani iul Chryso
 fū: biennio integrō in vinculis detentus: multa perpessus san/ gonus.
 &te Anastasiæ alimonij souebatur. Hunc Dioclicianus iussit
 sibi Aquilegiæ præsentari: cumq; Idolis sacrificia recularet de
 collatura ad aquas Gradatas: corpusq; in mare deiçitur: quod
 postea in possessione quæ ad Salices dicitur inuentum a Chri
 stianis sepelitur. Dicit Poeta nuncium ab Istris venisse.

Sunt autem Istri populi in Italæ ambitu: primi Illyrici lit/
 toris: Italæ Carnicq; vicini auctore Strabone: neq; ab Istro Ister,
 hoc est Danubio nomen habet; cum nequaquam īs Adriati/

Ffij

Strabo

PARTHENICES SECUNDÆ

cum sinum contingat. Sed a quodam fluvio illi cognomine: per quem Iason a Colchis reuertens / nauigacionem fecit . ex Strabone Plinioq; testibus. Est autem Aquileia Carnorum ciuitas vicina Istriæ: in qua Diocliciano Chrysogonum præsen tatum diximus .

Hippolitus lanatur equis lau.ard.

Sic sit Regina. Et rubro. s. ob. fulgens ad Aegypti situm res piciens ortum solis describit.

Arduus ad leuam portum subeuntibus alta Rupe locus surgit Phariæ contrarius arcii Vnde licet totam claris prospectibus urbem Subiectasq; rates sinuosacq; littora portus

hoc est ma re Aegyp cium

Et procul in Cyprum fluctus spectare natates.

Hic fuit Antoni cum iam Cicerone perempto

Victus ab Augusto ciuilia poneret arma

Regia: mox iterum renouata in littore pugna

Fractus i has fugit latebras: noua moenia Cæsar

Nicopolim dicens statuit: monumētaq; victor

Inclita Pelleis posuit contermina portis.

Timoniū Arduus ad leuam. Poeta Timoniū describit locum. De quo Strabo sic loquitur. In magno portu iuxta ingressum ad dextram est insula & turris Pharos. Ad leuam sunt Cautes & Lohias promontoriū in quo regia est. Ingredienti ad sinistram sunt interiores regiae continuq; his quæ sunt in Lochiade: que multas & varias mansiones & lucos habent. His occultus & clausus portus subiacet: qui proprius est Regi. Item Antirho dus insula: quæ ante effossum portum facet: & regiam habet & paruum portum: supra hanc theatrum est: postea Posidii flexu, quidam ab eo promainens quod Emporii vocatur: & Neptuni templū habet. Id Antonius addito aggere: fecit ut magis in medium portum emineret. In extremo regiam domū construxit quam Timoniū appellauit: idq; in extremo fecit: quem ab amicis derelictus post Aegiacam calamitatem Alexandriā discessisset: statuens sibi solitudinem quandā: reliquam vitā quā vixturus erat: a tot amicis destitutus. Strabo libro ultimo.

Pharus Arduus ad leuam. portum magnū scilicet Phariæ cont. arei. nā ad dextram Pharos est insula & turris. Vnde licet totam. Alex

Strabo

LI. II. FOL. XLI

Strabo

andriā urbem. Sinuosaq; littora. Alludit ad Strabonis verba dicentis. Nam cum Litoria regio sit sinuosa: duo promontoria in mare emitit. Inter quae insula iacet: quae portum claudit. Ei namq; per longum obicitur. Accedit quod inter medio freto petre sunt: partim aquis aperte partim eminentes continue occurrent ex pelago fluctum exasperantes. Ipsumq; insule promontoriū est petra quedā mari circumluta.

Hic fuit Antoni. M. Antonius acerrimus Ciceronis inimicus: per Popilium lenam Citeronem interemit: qui caput ei abscedit: & dexterā: qua oraciones illas luculentissimas in Antonium veluti Tyrannum exarauit ad Demosthenis in Philippum editarū similitudinē: ut Apianus scribit.

Appiāns:

Victus ab Augusto. Ad Accium Epiri promontoriū Antonius cum Cleopatra deuictus primo in Libyam peruenit: ubi posteaquam ab eo Copie descierunt Alexandriā se recepit. Interea Cæsar quoniā res urbanæ præficiam suā desiderare videbantur in Italiam redi: facta est igitur dilacio belli: quoad Cæsar transacta hyeme exercitu per Libyam missō: ipse per Syriaam in Aegyptum contenderet. Capti q; Pelusio exercitum Alexandria adduxit & in ipso Hippodromo castra posuit. Antonius urbe egressus & multa & præclara rei militaris facina ostentans: equites Cæsaris in fugam verrit: & usq; ad castra persecutus est. Postridie a militibus & equitibus destitutus se ipsum gladio interemit. auctor Plutarchus.

Plutarch.

Nova moenia Cæsar Nicopolim dicens. Per Hippodromū Nicopol. exeunti est Nicopolis q; habitacionē ad mare habet. Urbe non minorem. distat ab Alexandria stadijs. xxx. Hic locus summe a Cæsare Augusto cultus est: propterea quod hic prælio eos superavit: qui cum Antonio contra le exierant: & impetu facto urbem cœpit Antoniū vero coegerit: ut ipse sibi manum afferret: Cleopatrā ut viua in potestatem suam veniret. quae paulo post & ipsa se in vincis clam admoto aspidis morsu: vel veneno de liborio confecit. Strabo auctor. Monumētaq; vīctor. Nā a vīctoria quā Græci pīkypū dicunt Nicopolis dicitur. Aliam statuit Augustus in sinu Ambracio.

Strabo

Iuuenalis
Prolome,

Inlyta Pelleā. Alexāndriā Pelleā appellat pppter Alexandriū alexāndriā conditores: qui e Pella Macedonia in qua natus est & Pelleus Pella dicitur Iuuenalis. Vnus Pelleo iuueni non sufficit orbis. Est & alia Pella: curuē Syrię urbs Ptolemeo teste.

Hic igitur positis amplissima sedibus aula
Cingitur aulæis longo velamina tractu

Ffij

M. Atōius
Popilius
Lena

PARTHENICES SECUNDÆ

Accipit: & picto paries vestitur amictu.

Hicigitur posita. Poeta Topothesiam Timonij hucusq; fe
cisse videtur. Antonius enim domū quandā in mari apud Pha
rum ædificauerat: quo ciuitatē & amicos effugeret: quasi hūa
ni generis exul. in ea ipse habitabat Timonē (ut aiebat) imi
tatus: & similia inuita perpellsus. Fuit autem Timon Atheniē/
sis temporibus maxime Pelopōnesiaci belli: ut ex Aristophā
nis & Platoni poematis intelligi potest. Describitur enīm
in illis ut odiosus & inhumanus: fugiens hominū congressus
colloquiac; omnia: pr̄ter unitus Alcibiadis qui ea tempestate
adolescens erat: & lingua maxime promptus. Hunc Timon cū
libentissime amplexaretur interrogatus: qd ita ficeret respō
dit ideo se adolescentem amare: quod intelligeret illum multo
rum malorū Atheniensibus causam futurum. In Timonis se
pulchro hæc carmina inscripta fuere. Hic sum post vitam misē
ramq; inopemq; sepultus: Nomen nō querās Dij lector ma
le perdāt. Auctor Plutarchus. Timonis meminit & Cicero in Plutarch.
Lelio. Ap̄e Poeta hunc locum Maxēcio assignat: qui odio Tl Cicero
monio Antonianoq; dignus ab omnib; seculis reputabitur
ob Virginis Catharinę crudelem infandamq; necem.

Hic Ninus & coniunx sexum mentita virilem
Coctilibus muris Babylona Semiramis ambit.

Hic Ninus & Coniunx. In Asia pr̄scis temporebus regna
uere Indigeret: quorum gesta nomenq; vetustas abolevit. Pri
mus rex Assyriorū scriptores nactus est Ninus: qui cum supe
riores omnes gloria: & rebus gestis superasset: & urbem quo
q; ingentem condere statuit: cui par magnitudine: neq; fuisse
antea: neq; esset futura. Nulla enim postmodū urbs tanto am
bitu: tantaue mœniū magnificēcia cōstructa est. Altitudo mu
rirum pedum centū. Latitudo quā tres currus simul pera
bularent. Turres mille & quingentæ: quarū altitudo pedū est
ducentorū. Habitare eam coegit maiori ex parte Assyrios: & q
dem potenciores. Ex reliquis nationibus voluntarios assump
sit. a nomine suo urbem Ninā appellans supra Eufratē urbem
condidit: non æqua laterum dimeritione: nā duę muri partes
longiores erant reliquis. Horū latus quodlibet longitudine est
stadiorum centū quinquaginta. Breuiores stadiorū non agin
ta. Qua muri dimensione ambitus stadia circūplectitur: qua
dringenta octogintaq; auctor Diodorus.

Diodor.
Semiramis. uxor Nini viro mortuo non ausa credere Impe

Timon

Ninus.

Nina

Semiramis.

niū imaturo filio: simulat se pro uxore Ninī filiū: pro fœmina puerū. Nā & statura utrīc̄ mediocris: & vox pariter graciōlis: & linimentorum qualitas matri ac filio similis. Magnas deinde res gessit: quā amplitudine: ubi inuidiā superatam putat: quā sit fatetur: quemue simulasset. Hæc Babylonīa condī Babylōia: dit: mirūq; urbis cocto latere circūdedit harena: pice: bitumi ne interstrato. Auctor Iustinus. Iosepus ad Apionem grāmaticum scribens: longe ante Babylonē conditā contendit Semiramis cū filij concubitū petisset: ab eodem intersecta est: duos & quadraginta annos post Ninū regno potita. Iustino auctore. Quidā fabulātur illā in colibā versam ut Diodo. sribit. Assyrī Reges Persæ Mædicq; sequuntur.

Hic Cyri genus & pugnæ funusq; cruentum. Et Thomyris vultu Scythiae Regina superbo Sanguineum Regis caput insertabat in utrem: Id quoq; subscriptum Grais epigrāma figuris Debita sanguineo mors sanguinolenta Tyrāno.

Affyri Reges. Regnū Affyriorū ad Medos puenit: ab his ad Persas Poeta noster in Auleis depictos fuisse designat Affyriorum Medorū Persarumq; Reges.

Hic Cyri genus. Cyrus Persarū rex subacta Asia: & uniuerso oriente in potestatē redacto Scythis bellū intulit. Erat eo tempore regina Scytharū Tomyris: cuius filiū Cyrus insidijs patratis cū exercitu deleuit. Tomyris orbitatis dolorē non in lachrymas effundit: sed in ulcionis solacia intendit: hostesq; recti victoria exultantes: pari infidelaq; fraude circūdedit. Quippe simulari diffidens: ppter uulnus exceptum refugiēs: Cyrus adusq; angustias perduxit: ducebatq; ibi milia Persarū cum ipso Rege trucidauit. Caputq; Cyri in utrē sanguine plenum conici. Regina iubet: cū hac exprobaciōe crudelitatis. Sacra te sanguine quē sitisti: cuiusq; infaciabilē suisti. aucto. Iusti. Herodotus.

Hic Iouis & Semeles Gangetica filius arua Vaſtat: & imbellis inuoluit cædibus Indos.

Hic Io. In hac pte picturæ Bacchus Iouis & Semeles filius: ut est in fabulis: Gangetica Gāges Indiē fluuius hīc quidā fontibus īcertis nasci: & Nili mō exundare phibēt. Alij volūt ē Scythicis mōtibus exoriri. Soli. auctor. Indiā Liber p̄ prius īgressus ē: ut pote q; Indis subactis primus omnū triumphauit.

Cynis.

Tomyris

Ganges

Iustinus.

Iosepus

Diodor

Herodot.

Iustinus.

Solinus

Strabo

PARTHENICES SECUNDÆ

Diodoro Solinoꝝ testibus. Deinde Hercules Strabo auctor.
Miles Alexandri longinquum nauigat æquor:
Diues & emissis petitur Taprobanæ mergis.

Onesicritus

Miles Alexandri long. Mare Indicum Onesicritus nauium
Alexandri prefectus nauigauit. Nam copijs trifariam diuisis:
Alexander cum exercitus parte per Gedrosiam prefectus ē: re
motus a mari quingentis stadijs plurimum: ut simul & clas
si oram comodâ pararet: & ipse nonnunqꝫ mari appropinqua
ret: exercitus vero partem cum Cratero premisit in mediterraneam: ut & Arianam caperet. & in eadē loca procederet: in que
ipse iter esset facturus. Classem autē tradidit Onesicrito. Stra
bo auctor.

Taprobanæ

Diues & emissis. Taprobanæ insula oīm Indiæ insularum
Australissima ut Strabo ait. Incipit ab Aeoo mari inter ortū
occasumqꝫ solis. Indiæ prætentæ & quondam. xx. dierum nau
gacione a Pafiana gente credita distare: mox quia Papyraceis
nauibus armamentisqꝫ Nili pteretur ad nostrarū nauium cur
sus septem dierum interuerso taxato. Mare iterest vadofum se
nis nō amplius altitudinis passibus: sed certis canalibus adeo
profundum: ut nullæ anchoræ sidant. Ob id nauibus utrinqꝫ p
ræ: ne per angustias aluei circum agi sit necesse. Syderum in na
uigando nulla obseruacio. Septentrion non cernitur. Sed volu
cres secum ferunt: emittentes lēpius: meatumqꝫ earū terras pe
tencium comitantur. ideo Poeta dicit Taprobanā peti: emis
sis Mergis. Mergus autem avis est genus. Horacius Si q̄s nūc
Mergos suaves edixerit assos. superiora ex Plinio Solinoꝝ.
Namqꝫ polus gemina qui circumscribit arcto

Occidit: & gelidos illic non porrigit ignes.

Sidera sunt illi nobis incognita coelo

Quæ diuersa creant illis animancia terris

Diuersosqꝫ hominū mores aliūm qꝫ colorem.

Nāqꝫ polus. Nam Septentriones nequaqꝫ conspiciuntur. Ver
giliꝫ nunqꝫ apparent. Lunā ab octaua in sextam decimā tm̄ su
pra terram vident. Lucet ibi Canopus sydus clatum & amplif
simū. Solinus auctor. Nascitur apd eos Oriza. mel. Zinziber
Beryllus: Hiacintus. & uniuersorum metallorum genera. Auro
& Argento habundant: Elephantes gigant & tigres, auctore Pto
lemy. Apie igitur Poeta diuitem dixit.

Strabo

Strabo

Horacius
Plinius
Solinus

Volucres

Mergus

Solinus

Ptolome.

LI. II. FOL XLIII.

Quando dies illis oritur/densissima nobis
Nox silet: & medio volvuntur sidera lapsu.

Plinius

Quādo dies illis. Plinio auctore: diu existimatū est Tapro-
banem alterum orbem terrarū esse Antichthonū appellacione
Sed Alexandri etas aliud ostendit: tum Claudi principis.

Huc igitur Romana cohors cum Rege Latino
Septacq; multipli Regina satellite venit
Certamen visura nouum: & sine nomine turba
Plurima substratis aurata tapetibus alto
Fulget sella loco: quam vix Maxencius ostro
Splendidus & gemmis late rutilantibus intrat.
Quīnquaginta acres animis linguaq; diserti
Rethores ad leuam positū ascendere tribunal.
Pellitur medio vulgus: sedere Latini
Ad dextram proceres: Lagide tenuere sinistram
Ordinibusq; silent completa sedilia longis;
Ingreditur Virgo tanti certaminis auctor.

Huc igitur. Ad Timonium: non ad Taprobanem quam pi-
ctam fuisse in Auleis descripsit.

Ingreditur Virgo. Post confessum Latinorū: id est Roma/
norū & Lagidarū id est Aegypciorum.

Quā cir eu magno Nasamō strepit agmē lictor
Gens fera gens immanis gens ex æquore predas
Cū miseros aquilo iacit in vada Syrtica nautas.
Splendida lucifero similis Catharina nihilq;
Extenuata fame & roseo specabilis ore.
Nam Deus ut saeu torqueret pectora Regis
Illi Ambrosia vultum frontemq; comascq;
Tinxerat: & totam celesti afflauerat aura.
Iussa sedet trabs alta ligat pendencia pugnæ
Præmia: stant versis arresti vultibus omnes.
Cuncta silent: Regis nutu data copia fandi.

G g

PARTHENICES SECUNDÆ

Talia tum primus sumpsit primordia Rhetor.

Nasamon

Quam circum magno Nasamon. Nasamones populi sunt
Libyæ iuxta syrtes: viuunt ex preda naufragorum. Syllius.
Hinc coit equoreus Nasamon inuadere fluctu Audax: nau-

Syllius

fragia & predas auellere ponto.

Maxime Romulidum Cæsar: quæ Jupiter unū.

Deligit immensi cui sint consorcia regni.

Non ego dicendo laudes æquare Deorum

Posse puto: nec enim fas id mortalibus ullis.

Sed ne tanta leues verbosa licencia linguas

Inflet ut in superos passim conuicia iacent

Pauca loqui siasit pietas: causamq; tueri

Cœlicolum: qui te Cæsar Romanaq; regna

Præcipuis tollunt studijs: qui Barbara tandem

Ausoniæ sanctis domuerunt legibus arma.

Maximus hic orbis gemino qui ntitur axe

Quem decorant æternis ignes: quæ circuit ardēs

Lumine perpetuo Titan germanaq; Phœbe

Nil loue maius habet: sedet alto in vertice mudi

Tartaraq; & terras cōplexus & æquor & auram

Imperio æterno regit: omnia Jupiter implet.

Omnia mente gerens animo procul aspicit öne

Tempus: & incumbēs cubito vigil excubat: ipsi

Nulla quies & summa quies: ab origine factum

Seruat opus: semperq; nouis noua corpora for-

Suscitat: ex astris animas vitalibus haurit -mis

Quas i mēbra pluat: mox vita munere functas

Euocat ad coelos iterum: post tempora soli

Nota sibi rursum emittit: rursumq; reducit.

Hoc opus est qd sine caret: sed summa voluptas

Ipsi operi coniuncta quies æterna vocatur.

Li. II. FOL. XLIII

Ipse sibi tantum nolis ne solus habenas
 Flecteret uictanti facerent communia regni
 Gaudia: progeniuit natos: quos sustulit inter
 Sidera ut ex alto curent mortalia coelo.
 Sic Venus & Pallas sic Mars seriesque nepotum
 Surgit: ut Aeneas & Romæ conditor urbis
 Romulus: & claro stellatus in æthere Cæsar.
 Indigetesque alij: quorum tutela iacentes
 Mittitur in terras, meritis pro talibus ipsi
 Cum dare nil melius possint fumantibus aris
 Thura ferunt homines: onerantque altaria donis
 Templa locant: tantoque Deos testantur honore.

Maxime Romulidum. Oratio Rhetoris est in genere demostriatuo: primo continens laudes Deorum: & ab utili persuadet Idolorum cultum: quoniā Imperiorum auctores dī sue. Argumētatur deinde a contrario pietatis. Sacrilegium detestans multis exemplis: nititur tum persuadere Virginī cultū Deorum quem vel nupcij acquiescens: vel casta & pudica permanens prēstare possit: & qualis Dilemate eam comprehendēs. In fine a contemptu & vilitate Christianæ religionis argumēta deducendo persuadere contendit.

Quem Iupiter unum Deligit im. m. c. s. consordia regni.
 Virg. Diuīsum Imperium cum Ioue Cæsar habet.

Ex astris animas vitalibus &c. Platonis mentē recitat Poeta
 Nam ex lacteo circulo animas in terras descendere autumat Plato. Descensus vero ipsius quo anima de coelo in huius vitę inferna delabitur sic ordo digeritur Zodiacū ita lacteus circulus obliqui circumflexionis occurru ambiendo amplectitur: ut eūque duo ligna tropica Capricornus & Cancer feruntur) interficeret. Has solis portas Physici vocauerūt: qā i utraq̄ obuiāte solsticio: ulterius solis inhibetur accessio: & fit ei regressus ad Zōnē viā: cuius inninos nuncque relingt. Per has portas aīae de coelo in terras meare: & de terris i coeli remeare credūtur: ideo hoīm una: alfa Deorum vocal. Hoīm cācer: qā p̄ hūc in inferiora descens est Capricornus Deus: qā p̄ illū aīe in proprię immortalitas sed & in Deorum numeris revertuntur. auctor Macrobius,

Macrobi. Progeniuit Natos. Cur Ioui filii & filiae,

G g ij

PARTHENICES SECUNDÆ

Hinc Ephesi moles: Dodoneæq; columbæ.
Hinc Ammonis opus Clarijç oracula Phœbi.
Et Lyciæ sortes: & Delphica Phœcidis antra.

Ephesus

Hinc Ephesi moles. Ephesus ciuitas est Ionia Ptolemeo auctore Plinius alterum lumen Asia appellat. libro quinto. Templo Diane celeberrimū habuit. Quod Græce magnificèq; veram ammiracionē Plinius libro xxxvi. dicit extare: factum a' tota Asia annis durcentis viginti. In solo id palustri fecere: ne terræ motus sentiret: aut hiatus timeret. Rursus ne in lubrico: arcj instabili fundamenta tantæ molis locarentur: ante calcatis ea substrauere carbonibus: dein velleribus lanæ. Vniuerso templo longitudo est quadringtonorū vigintiquinq; pedum: Latitudo ducentorū viginti. Columnæ centum vigintiseptem a singulis Regibus factæ sexaginta pedum altitudine. Ex his triginta sex celatae. Una a Scopa. Plinius auctor templū & nunc & olim Asylum erat. Strabone teste.

Ptolemeo.

Plinius

LL. II. FOL XLV.

Nāq̄ hominū miserata graues pia numia curas
Dant varijs responsa modis: instanciā bella
Insidias pestemq̄ monent casusq̄ sinistros
Ingruere: humanis nunquam tacuere vocata
Supplicijs, tumidus Medo cum milite Graios
Opprimeret Xerxes, miserantū oracula Diuū
Vincendi docuere viam, cum Punica bella
Cladibus innumeris Italos Romanaq̄ regna
Concuterent: Diuū Phrygio de littore mater
In Latium transflata grauem sedasse tumultū
Dicitur: auspicijsq̄ Deæ viciisse Latinos
Et nedum eiecisse suis de finibus hostem/
Sed Libykos eciam ferro flammaq̄ Penates
Vastasse: atq̄ armis Birsam euertisse potentem.

Nanç hominii. Deos misericodia hominii motos dicit ad perhibenda oracula varijs modis.

Tumidus Medo. Xerxes Rex Persarum septingēta milia de Xerxes
regno & trecenta milia de auxilijs armavit: Gracięq; bellū in/
tulit: naues quoq; decies centum milia habuisse dicitur. Iustis/
no teste: ut nō īmerito proditū sit: flumina ab exercitu eius sic
cata: Iuuenalīs: epotaq; flumina Medo. Huic tāto agminī dux
absuit. Ceterum si Regem spectes: diuīcias non Ducē laudes:
quarū tanta copia in regno eius fuit: ut cum flumina multitu/
dine consumerentur: opes tamen Regiē superessent: cum Leo/
nida Lacedemoniorē Regē ac Termopylas terrestri plio cōfli/
xit. Deinde iuxta Salamin naualī prēlio vīctus: consilio & au/
ctoritate Themistoclis Atheniēs (ut Plutarachus Herodotus/
q; scribunt) relicto Mardonio duce: qui auspicijs Pausanię La/
cedemoniorē Regis superatur apud Plateas in Boecia. Vīctus Plateae.
Mardonius veluti ex naufragio (ut Iustinus ait) cum paucis
auſugit: caſtra referta regalīs opulenciacē capta sunt. Vnde pri/
mum Grecos diuīlo inter se auro Persico: diuīciarum luxuria
coepit.

Vincendi docuere viam. Aduentante enim Xerxe Apollonius delphicus consultus: respondit Atheniensibus ut salutem suam Themistocles ligneis tuerentur, Themistocles nauium praesidium demos stocles.

G g. ij



PARTHENICES SECUNDAB

stratum ratus: persuader omnibus patria municipes esse: hoc est ciues: non mœnia ciuitatemq; nō in edificijs: sed in ciuib; positam. Melius itaq; salutē nauibus quā urbi cōmissuros. huius sentenciae ecīā Deum auctorem esse. Plutarchus Iustinusq; auctores. Herodotusq;

Plutarch;
Iustinus
Herodot.
Liuius

Cum Punica bella. Bello punico secūdo multis cladibus Romani per Annibale afflitti: ciuitatē (ut Liuius inquit) recēs religio inuaserat: iuento carmine in libris Sibyllinis: quod tale erat. Quando hostis alienigena bellum Italiam intulisset: eum pelli Italia vincīq; posse: si matris Deum e Pessinunte numen Romam aduectū foret. Itaq; Scipione & P. Crasso cōff. legati ad Attalum missi sunt. M. Valerius Leuinus. M. Cecilius Metellus. P. Sulpicius Galba. & Tremellius Flaccus & M. Valerius Falco: quos Attalus comiter exceptos deduxit in Phrygiā: & sacrū lapidē: quē matrē Deum esse incolae dicebant tradi: ac Romā deportari iussit.

Definibus hostē Annibale. Sed Libycos eciam. P. Scipio Africanus Proconsul e Sicilia in Africā traiecit. M. Cornelio Cethego & P. Sempronio Tuditano Consil. deuicitq; Annibalem in patriam reuocatū: fugauitq; Carthaginemq; sub tributum rededit. Liuius auctore.

Liuius

Byrlam. Dido mulier e Tyro pfecta in Libyā enauigauit: & eo loco ubi nunc Carthago sita est cōsedit. Expellētibus deinde eam incolis: tantū soli deprēcata est: in quod se conferret: q̄atum taurino corio circūdare posset: Ea ex causa primum risus inter Phoenices oritus rei exilitate: demū qui eiusmodi foret astus scire cupientes: concessuros se iure iurando firmauere. Hī coriū per minuta secantes circūposuere loco: ubi nūc Charthaginis arx residet: quæ ob id Byrla appellata est. Auctor Apianus. Destructa autem fuit Chartago: cum Byrla tertio Punico bello eodem teste.

Appiāus.

Quid referam auxilio Louis & Iunonis ab arce Deiectam Senonū gentem: & Capitolia fortis Diuorum protecta manu: pestemq; repulsam Mœnia cū Phoebo satus atq; Corōide nymphā Versus in effigiem colubri Romana petiuit: Quo sit ut impietas atq; irreuerencia Diuum Sit scelus horrendum; & nullo delebile sacro.

LI. II. FOL. XLVI

Sacrilegas odere manus : odere superbos
Numina. Tantalidis natos Latona peremit.

Quid referam. Brennus Gallorum Senonum rex Roma/
nis ad Alliam fluuium deuictis Vrbem occupauit Anno tri/
centesimo & sexagesimo ac paulo plus ab Vrbe condita : cūq;
iam Capitolium Galli occupassent: sacri Anseres iuxta Iuno/
nis templum vigilantes: ac tumultuantes ob famem qua vexa/
bantur: statim Gallorū ingressum percipiunt. Qui cum inter/
se clangore & cursu feruntur: omnes e somno Romani exper/
giscuntur: Gallos ab arce deturbant: periculumq; quadūt. hāc
Capitolij defensionē Rhetor Ioui & Iunoni p̄fstat. Superiora
ex Plutarcho Liuioq;.

Pestemq; repulsa. Romani continuis tribus annis Pestilē/
cia laborantes inspectis libris Sibyllinis : Aesculapium Phoe/
bi & Coronidis nymphæ filium (ut est apud Ouidium in Me/
thamorphosi) sub forma serpentis duxerunt ad Vrbē ex Epi/
dauro. Est autem Epidaurus Achaiae ciuitas. Strabone Plinio epidaurus
Solinoq; auctoris. Est autem insignis ciuitas præsertim ex Aesculapij
claritate nobilitata. Quem varia morborum gene/
ra curasse somniati sunt homines. Erat vero templum ægro/
tancium multitudine usquequaq; referum pendentibusq; ta/
bellis: in quibus sanati lāgores erāt inscripti. Strabo auctor.

Tantalidis natos. Sacrilegos punitos nunc inducit: & Niobe.
Niobe.
ben cum filijs: a Latona per Phœbum interempsos. de quibus
alibi in Prima Parthenice. Tantalidem fletu lachrymis Cisso/
da vince.

Iupiter anguipedes congestis montibus ausos
In Superos tentare viam: currucq; volanti

Iupiter anguipedes. Gigantes cum Deos cœlo pellere cona Gigantes
rentur: Ioue fulminati fuerunt. hos serpētinos habuisse ped/
es scribit Ouidius in Fastis.

Aeolidem aggressum tonitru simulare fragore
Fulmine deiecit: toruæq; Lycona Regem
Induit ora feræ. nudus cute Marsha Phœbum
Reperit ultorem. temeraria sensit Arachne
Pallada Cæcropiam. mentitæ Pergama Troiæ
Ira tridentiferi perterrituit Enosigei.

G g iiiij

Brennus:
Allia

Liuus
Plutarch.

Ouidius.

Strabo

Plinius

Solinus

Strabo

App.

Ouidius.

PARTHENICES SECUNDÆ

- Salmœus** Aeolidem. Salmonius ex Aeolo Deucalionis est ortus: qui ex Aeolide cum magna suorum manu profectus: cōstituit in Elea apud fluum Alpheum ubi ciuitatem a suo nomine Salmonam condidit. hic ob superbiā atq; impietatē: contracto subditorū odio Louis fulmie conflagravit. Diodorus auctor. Poetē imitatum eum dicunt Iouem: ac fulmina iecisse: currucē tonitrua simulasse. Vnde apud Inferos punitur Virg. Vidi & crudeles dantem Salmonam poenas: Dum flamas Louis & sonitus imitatur Olympi.
- Lycaon** Lycaon. Arcadiæ rex. Lycaon Titani & terre filius: solitus hospites necare a Ioue in Lupum mutatur. Ouidius in primo Methamorphoseon.
- Marsyas** Marsya. Marsyas tibia inuēta: modulacione elatus: Phœbū in certamen prouocauit. Nyseis iudicibus superatus: a Phœbo excoriatus fuit: ut Diodorus scribit. Ouidius in Fastis Pro uocat & Phœbum Phœbo supante peperidit: Celsa recesserunt a cute membra sua. Eiusdē nominis fluvius est: qui Apameam urbem interluit: ortus Celenis colle & urbe eiusdē nominis. Hinc Antiochus Soter homines transtulit in eam quæ nūc Apamea dicitur & urbē appellauit de nomine matris Apamea Artabazi filiae: quæ Seleuco Nicaterri nupta fuit. auctor Strabo. Strabo Vnde male a Plinio accipitur Celenas Apameam dicas.
- Arachne** Arachne. Hæc fuit puella Lydia: quæ cum se præponeret Meneru: conuerſa fuit in Aranē: ut Ouid. in. vi. Methamorpho feon canit.
- enosigeus** Enosigei. Neptunus ἐποσιγνωστος habet epitheton ab ἐποσιγνωστος concusso & γενικη terra. eo quod terram quaciat. Io. Car melitano teste. hunc Laomedon cui ad muros Ilion adiutor fuit condendos: decepit perirrio. Vnde Troiana moenia capta fuit re ut est apud Virgilium.
- Sed quid ego annitor Phœbo superaddere lumen?
Ista satis fulgore suo sentencia nota est.
Et scelus a Superis habet & sua præmia virtus.
Quare age conceptum Virgo depone furem;
Nec tentare Deum genus infeliciter aude.
- Sed quid ego. Superfluis argumentis se dicit uti: cum superfluis scelerisculciantur virtutis munera præstant
Est thalamis prelata Venus prelata puellis
Nubilibus taedas nisi sis pertesa iugales.

Sit tua cura Venus, quod si seruare pudorem
 Virgineum mavis tibi sit tutela Dianæ:
 Numen utruncq; pium, tua q; iam possidet orbē
 Vota secundabit Cæsar, quid pallida mōeres?
 Pone metū Virgo infelix, resipisce parumper.
 Pro generis splendore tui connubia Cæsar
 Clara dabit, nam te Lagidānū a sanguine ductā
 Cōmemorāt: proauos semenq; imitare paternū
 Et cognosce Deos quos agnouere parentes
 Ante tui, quisnam nugas persuasit aniles
 Ut genitum obscura segnīcū propagine Christū
 Numē habere putas? mūdus coniurat in om̄nes
 Christigenas: iam terra rubet iā sanguine pōtius
 Spumat: & ex toto genus hoc exploditur orbe.
 Et tu docta bonas arres sata sanguine Regum/
 Et formæ splendore nitens: gratissima tantis
 Principibus magnæ domino gratissima Romæ:
 Et modo florentes annos ingressa iuuentæ
 Sponte tibi mala tanta paras: vis ferre latentes
 Carceris obscuri tenebras: vis ferre catenas
 Extremamq; pati saeuia inter vulnera mortem:
 Ah miserere tui saltē: miserere tuorum:
 Desertæ miserere domus: lamenta precesq;
 Ne contemne tuæ gentis, depone rigorem
 Marmoreum Virgo: nec contra iūra Deosq;
 Foemineas extende manus, tibi gloria victæ
 Maior erit quā victrici, spes unica tanti
 Sanguinis extingui prolem paciere tuorum:
 Carminibus tua corda malis possessa retardat
 Christus: & haud cōpos mēris cognoscerī sāctos
 Non sineris monitus: sed mox ut Martis ad arā

PARTHENICES SECUNDÆ

Numen adoraris pulsâ caligine tollet
Libera mens oculis: & te tua limina læto
Accipient vultu reducem. quid lenta resistis?
Rumpe moras: nec te clemencia Cæsar is ullum
Ad scelus inuitat: nec ad importabile pondus
Vrget: opus leue iucundum: laudabile sanctum
Imperat: id proceres optant: id supplicat omnis
Vrbs tua. quid tantis & sola & fœmina votis
Non parere potes? da thura calencia Marti:
Dux tibi Cæsar erit: nos te comitamur euntem.
Sic ait: & Cæsar nutu assentitur & ore.

Dilemma

Et thalamus. Dilemmate utitur. Vis nubere: habes Deam
Venerem. Vis pudicicę vacare: habes Iunonem. Est Dilēma ge-
nus argumenti: quod utrinq; aduersariū capit auctore Fabio: Fabius
a θία & λόγῳ προφητείᾳ dicitur Διλέμα.

Quis nam nugas. Argumentatur a contēptu Christiane re-
ligionis & humilitate: qua rāmen maxime nostra religio in p-
cio est. Sponte tibi mala. Rhetor circa finem utitur consti-
tutione: quæ constat ex cōmiseratione & calamitate: & egregie
hoc Poeta hic facit ex locis cōmiseracionis: de quibus Cicerō
in arte nouae Rhetorices.

Carminibus tua corda: malis id est magis. Finis.

Secundæ Parthenices. Liber. iiiij.

EGIA Progenies fixis īmota manebat
Lumībus turri similis quē saxe moles
Sustinet: atq; oēm fert īcōcussa procellā
Et tali assurgens sermone silencia rupit.

Regia Progenies. In hoc tertio libello primo beatissima Ca-
tharina copiosa oracione responderet oracioni Rhetorum: qua
Idolorum confutat cultum: Christiq; religionem argumen-
tis & Hæbreorum & Gentilium verisimam ostēdens: quibus
Rhetores moti. Christum verum Deum profiteretur: obq; eam
professionem a Maxencio igni traduntur. Virgo iterum car-
ceri mancipatur post verbera: Iubetq; ne alimenta ei prebean-
tur: quam ita cruento corpore pastam describit: gadisiacis her-

LI III FOL. XLVIII.

bis pomifug. Elapsis tum bissenis diebus iterum supplicijs ad
hibenda adiicitur: tum iterum oracione Cæsar Puellæ blandi-
tur: qua refutata: moles rotarum Ichthybolo suadente prepa-
ratur: qua nutu Tonantis fulmine deicitur. Regina fidè Chri-
sti professa morti damnatur. Porphyriusq; ob tumultatam Re-
ginam plectitur. Ultimo Catharina capite truncatur: cœloq;
perfruitur.

Si mea mens ullo poterat sermone moueri
Hoc fateor compulsa foret: namq; oia Rhetor
Attigit humanum quibus est mutabile pectus.
Et factum satis est arti: si inuicta remansi
Diuinæ hoc virtutis opus: si numen abesset
Victor erat: grauibus potui succumbere dictis.
Victrices habeant lauros prolataq; pugnæ
Dona: ferat virtus & non fortuna coronam.
Quoad potuit fecit: potui sine numine vinci.
Sed mihi numen adest quo mens arrepta moueri
Nescit. ad Euphratē pocius sua flumina mittet
Eridanus: Thyberī Tagus iſfluet: Abdua Nilū

Si mea mens. Dicit factum esse arti: & si humano auxi-
lio nixa foret: se vinci potuisse: at quia diuino numen fulcta sit:
vinci non posse.

Ad Eupratem. Eridanus. fluuius Galliæ Cisalpinq; quæ ē in
occasi: mittet sua flumina ad Eupratem qui est orientis. Thy-
berim. Tagus. fluuius est Hispaniæ piscit feracissimus: ostreo Tagus
rumq; redundas. Ex Celtiberis originem habens per Vectio-
nes: & Carpentanos: & Lusitanos in equinoctialem labitur oc-
calum. Strabo auctor.

Adua Nilum. Comum ciuitas est Insubrum Galliæ Cisalpi
næ: Huic proximus est lacus Larius: quem Adua fl. auget in-
de Padum ingrediens: fontem vero in Adula mōt chabet ubi
& Rhenus Strabone Auctore.

Comum;
Larius
Adua

Ante & Pyrenes Rhodope iuga mittet ad arces:
Taurus ad Atlantē fugiet: Carmelus ad Ossam
Quā mea sanctus amor Christi præcordia lin-
Quā marti & gelidis ponā libamia laxis. squat,

Strabo

Strabo

PARTHENICES SECUNDÆ

Pyrene

Ante & Pyrenes. Pyrene mons est Gallos ab Hispanis sepa/ Strabo
trans. Strabone Plinio: Ptolemœq; auctoris hunc sortitum Plinius
nomen a Pyrene Bebrycis filia compressa in eo monte ab Her Proleme,
cule Syllius canit. Nomen Bebrycia duxere e virginine colles. Syllius

Taurus

Taurus ad Atlantem. Taurus mons est Cilicæ ab Indico Plinius
mari surgens: ut post Plinium Solinus scribit. Atlas vero Li- Solinus
byæ est auctore. Strabone Ptolemœq;. Strabo
Nec Superos odi nec numina sancta nec aras Proleme:

Numinibus sacras: verum quæ numina vanum
Vulgus ait tenebrosa sequens vestigia patrum
Numen habere nego: teneat si Iupiter arcem
Aetheream quis templi loui quis sacra negabit?
Spōte ego thura ferā. Veneris: si numē haberet:
Numen adorarē. Phœbum sequar atq; sororem
Si soror & Phœbus Dei sunt, venerabimur arā
Palladis æthereo Pallas si Nata cerebro.

13 Impius & mergi dignus Phlegethone sub imo
Sacrilego qui cuncti Deum sermone lacescit.
Sed vetus & toto iam vulgatissimus orbe
Mortales inter miseris effebuit error
Atq; aliter quā res habeat sentire coegit:
Somnia nec referto: sed quod narramus aperta
Monstrari ratione potest, dic optime Rhetor
Quis fuit ante louem: qui lucida volueret astra?
Qui regeret coeli cursum: qui clauderet undas
Littore: qui laeto vestiret gramine campos?
Mundus enim fuit ante louē: qui raptus ab ipsa

Nec superos odi. Deos nego: non numen.

Quis fuit ante louem? Ante louem fuit Satutnus pater &
Celus auus. horum neuter astra mouit.

Fauce patris Corybantū opa trans latus ad Idā
Gnosiacasq; domos Creteo creuit in antro.
Iupiter est igitur proles humana: propago

LI. III FOL. XLIX

Est humana louis: nullum fecere q̄trod ipsos
Esse Deos testetur opus. furta arma rapinæ

Fauce patris. Saturnus filios deuorare solitus: ut est in fabu
lis: deceptus a Rhea: nam Iouē recens natum Curetibus Cory
bantibus tradidit nutriendū. Sunt autem Curetes & Coryban
tes: qui in matris Deorum: sacrificijs armati saltantes: casti &
pueri sunt assumpti. ideo autem Corybantes appellati: quia in
ter saltandū capita iacent: quod Corybriν Κορυβάτοιμ dicitur
quos Betarmones vocat Homerus. Existimant autem ab
Ideis Dactylis Curetes & Corybantes fuisse prognatos. Pri
mos etenim in Creta genitos viros centū Ideos Dactylos nun
cupatos. A quibus quidē procreatos Curetas nouem. Horum
singulos viros decem genuisse: ex quo Ideos Dactylos nomi
nauere. Strabo auctor.

Stupra dolī fraudes opera hæc preclara Deorū.
O insanæ hominum mentes: quæ credere diuos
Artibus his factos potuere: ardantis Olympi
Artificem fecere hominem: demencia nulli
Admittenda viro. Deus est æternus: & ingens:
Nec cōprehensus adhuc: nec quæ cōphendere.
Mēs est ulla Deū. simplex essentia nullis possit
Intercepta locis non circumscripta figuris.
Vnus & in plures nunquam diuisus: ab omni
Condīcione procul nostra. mortalia nedum
Omnia verum eciam vincens cœlestia longe.
Solus hic immensum fecit non Iupiter orbem.
Quicqd hēt phlegethō qcqd caua viscera terræ
Quicqd ineſt Pelago quicqd secat aera pennis
Condidit: & solus totū hoc opus ipse gubernat.
Quæ narras de prole louis de stirpe Deorum
Scænica sunt leuibus vulgo recitanda Poetis:
Exhibitura iocos populo plausumq̄ theatro.

Priscianus. Stupra dolī. Opera hominū & malorū: non numinis.
Scænica. Scena cum. c. post. s. & æ: diphongo scribitur Pri-

Saturnus

Curetes
corybāt̄:s

Homerus

Strabo



PARTHENICES SECUNDÆ

sciano auctore. & ut Cassiodorus refert: a rufisticis primum in umbracionis causa comperta fuit: ubi cantica incondita decantabant. verum cum in Vrbem deducta fuit Scæna: redactū est nomen ad eam ptem Theatri: qua ab uno eius cornu ad aliud ducebatur. Nam Theatra in formam Semicycli conseruebantur & illa Scæna dicebatur: qua ab uno filiius cornu i aliud cornu cum cooptura ducebatur. Erat autem vel Versilis: vel Duetilis. Versilis cum quibusdam machinis tota cōuertebatur & aliam vel personarū vel picturā faciē ostendebat. Duetilis tūc cū tractis tabulatis hac atq; illac species picturā nudabatur.

Leuibus uulgo. r. p. Comicis qui leuioribus argumētis utuntur: sunt a Leuibus & Comicis Poetis recitāda ipsi vulgo.

Iupiter & proles ita sunt in sidera lati
Vt fera syluose Nemees: ut portitor Helles:
Portitor Europees: Auriga: & Iasonis Argo:
Pegasus: Arctophilax: & raptis Miluius extis.
Cæsareusq; thronus: coma regia: Procyon: urse.
Coruus: olor: lepus: ara: canis: lyra: cācer: & urna
Atq; aliae cœli formæ: quas gracia mendax
Finxit: & audaci Vatum facundia cantu.

Iupiter & ples. fabulosam Deorum prole: sic & astrologi designat

Vt fera syluose Nemees. Leo. Hic dicitur a Ioue cōstitutus: quod oīm ferae princeps esse existimatur. Nonnulli hoc amplius dicit: quod Herculis prima fuerit hæc certacio: & quod eum inermis interfecit Hyginius auctor. Sylua autem Nemea surgit inter Cleonas & Phliuntē: in qua Arguii sacra celebra/re consuevere Nemea. Strabonis testimoniō.

Portitor Helles. Aries. Portitor. Europees. Taurus iter astra cōstitutus quod Europā incolumē trāsuexit in Cretā ut Euripides dicit refertq; Hyginius. Auriga. Heniochus noie Erichthonius ut Eratosthenes mōstrat. Alij Mirtilū Mercurij filium Oenomai aurigā diffinierunt cuius post notā oībus mortē patens corpus in mundo cōstituisse memoratur Hygi. auctor.

Etiasonis argo. Nauis Iasonis Argo in qua Argonautē ab ea dicti nauigarunt. primā in mari hanc fuisse cōplures dicunt & hac re stellis figurata est Hyginius auctor.

Pegasus. Equus alatus Neptuni & Gorgonis filius. Hygi.

Leo.

Nemea

Taurus

Heniochus

Argo

Pegasus

Strabo

Euripides

Hyginius

Idem

Hyginius

nio teste.

Arctophylax. Dicitur hoc fertur ut sit Archas Calistus & Iouis Arcto/
filius: quem dicitur Lycaon cum Iupiter ad eum in hospicium phylax
venisset: cum alia carne concilum pro epulis apposuisse. Stu/
debat enim scire: si Deus esset qui suum hospicium desideraret
Hic autem e facto sequens ursam perspicitur: & arctum seruas
Arctophylax est appellatus. Hyginus auctor.

Et rapt. Miluius extis. Saturnus regno pulsus a Ioue Tita/
nas concitauit in Deos. Erat autem monstruosa terra genitum:
corporis priore parte taurus: posteriore serpens: cuius sors erat
eum qui Tauri huius viscera flamnis dedisset: superaturum Deos
Briareus gigas hunc imolat: & cum extra eius flamnis daturus
esset: Iupiter aubus impauit ut ea raperent. Miluius officium
Ouidius. prestitit: attulitque ea Ioui. Vnde & cœlum meruit. Ouidius ter
cio Fastorum.

Cæsareusque thronus. C. Iulius Cæsar primus Imperatorum in **C. Cæsar;**
Deorum numerum est relatus: Octavo Augusto suadete popu/
lo: cometem quem viderat in celo esse animam Cæsaris. Appa/
ruit autem diebus ludorum quos Veneri genetrici fecerat: non
Plinius. multo post obitum Cæsaris ut Plinius refert. Nam id gaudium
prodidit Augustus his verbis. his ipsis ludorum meorum diebus
syodus crinitum per septem dies in regione coeli sub septentrionibus est conspectum: id oriebatur circa undecimam horam di/
ei: clarumque & omnibus terris conspicuum fuit. Eo signo uul/
gus significari creditur Cæsaris animam inter Deorum immortalium numina receptam: quo nomine id insigne simulacro capi/
tis eius: quod mox in foro consecravimus adiectum est. Plinius
libro secundo. obseruatus est postea mos uti Imperatores in Deo/
rum numerum referrentur: locumque in astris acciperent ut est
Lucanus. apud Lucanum de Nerone. Apud Stadium de Domiciano. de
Stacius. eodem apud Syllium simul & Vespasiano Titum. Vnde Poe/
Sylius. ta noster Cæsareum thronum dicit. Meminit & throni Cæsaris
Pli. lib. secundo capite. lxxij. de hac stella Poera hic.

Corna regia. Cum Ptolemaeus Berenice Ptolemei & Arsinoes filiam sororem suam duxisset uxorem: & paucis post die/
bus Asiam oppugnatum pfectus esset: voulisse Berenice si vi **Berenice**
ctor Ptolemaeus redisset se detonsuram crinem: quo voto dam/
natum crinem in Veneris Arsinoes posuisse templo dicitur:
eis autem postero die non comparentibus: factumque Rex egre
ferret. Conon mathematicus cupiens inire graciam Regis: di
xit crinem inter sydera videri collocatum: & quasdam vacuas.

PARTHENICES SECUNDÆ

a figura septem stellas ostendit: quas Crinem finxit. sunt autem ad caudam Leonis in Triangulo collocatae. Hyginus auctor. Ideoq; Poeta comā Regiam dicit. Callimachus Cyreneus car/ calliachus mine Elegiaco fabulam scripsit quam Catullus transtulit lat. Catullus, nis versibus ad Ortalum.

Procyon. Antecanis.

Vrsæ. Septentriones Major & Minor.

Coruus. qui Hydræ in sidere videtur.

Olor. Cygnus qui Ioui Nemesis amanti officiū prestat.

Vel quia Iupiter in eius formā versus cum Leda concubuit. Hyginus.

Ara. in hac Dīj coniurationē fecere contra Titanas: ideoq; in astris locata. Hæc habet in summo cacumine circulū: ubi formatur stellas duas: & in imo duas. Est omnino stellarum qua- tuor. Hyginio teste.

Canis. Hic leporem fugientē consequitur. Habet in lingua stellam unā quæ canis appellatur. In capite autē alteram: quam nōnulli Sirion appellant: quā Isis statuisse existimatur. & ita ppter flāmē candorē appellat: q; eiulmodi sit ut pr̄ter ceteras lucere videat. Hygin. σειρίσσω etenim luceo interprætatur. Idem

Lyra. de his in prima Parthenice historias diximus.

Atq; aliae cœli formæ. Fabulosa astra dicit: sic & Deos.

Non ita naturæ speculati arcana sagaci

Ingenio sensere viri: quos Attica tellus

Non ita naturæ Philosophos aliter sensisse designat.

Quos Attica tellus. Apud veteres Acte id est litus appella- ta fuit: & noī deriuato pro Attica Attica nuncupata: qm ma- xima eius pars ad mare est extenta & angusta. Oblonga vero satis & porrecta montibus usq; Sunium subiicitur. Alij ab Ac teone Atticam dicunt. Attidem vero & Atticā ab Attide Cra nai filia a quo & Inquilini Cranai vocantur. Mopsoiam ve ro a Mopso. Ioniam vero ab Ione Xuthi filio. Posidoniam siue Neptuniam & Athenas a Posidone siue Neptuno: & Athene id est Minerua appellationem Deorum sortitā. Strabo au- tor Poeta per Atticos intelligit Philosophos.

Quos Iudea tulit Babylonq; antiqua magonū

Ciara rudimentis: Bragmanarumq; repollo

Quos Iudea tulit. Prophetas veterisq; legis ministros desi gnari. Babylonq; Apud Persas claruere Magi: apud Babylo nios & Assyrios Caldei ut Laercius scribit.

Laerdius;

Olor

Sirius:

Acte
Attica

LI. III FOL LI.

Bragmanarūq; rep. Tria genera Philosophorū Indi habent Bragmāe.
 Bragmanas & Germanas & Gymnosophistas. pabantur ex his Germanæ
 Bragmane: quod cum Græcis in opinionibus concordent. Hi Gymno
 quam primū concepti sunt: viros doctos curatores habent: q; sophistæ
 & matri & concepro accedentes: quædam canunt in prolis sc̄li
 citatem: sed reuera quædam continēcē p̄cepta dant. Postq;
 vero nati sunt alios atq; alios curatores sorciuntur: nam quo
 magis aetas adolescit: eleganciores magistros habent. Exercen
 tur ante vrbem in luce intra compositū quædam circuitū fui
 galiter viuentes super thoris ac pellibus: ab animalibus & Ves
 nere abstinent: serijs sermonibus intenti: & cum volētibus au
 dire: p̄cepta cōmunicantes. Auditori autem non licet loqui:
 nec sternutare: nec eciam excreare. Et cum. xxx. & septem ānos
 sic vixerit: i sua secedere: & laxius licēiūsc̄ viuere: sindonē in
 duere: aurē in māib⁹ & aure moderate gestare: & carnibus ve
 sci aīliū quæ hominē ad oga nō adiuuat: ab acribus & condī
 mentis abstinere: & uxores multas capere p̄pagandæ plis gra
 cia. Nā a pluribus plura eueniūt bona. Ex Germanis honora
 tissimi sunt: qui Syluicola appellātar ex eo quod in syluis de
 gant: frondibus & siluestribus fructibus viuentes. Vester ex
 arbor⁹ corticibus habent: vini & Vēteris expertes. Post hos in
 honore sunt Medici. Medicinā plurimū per cibos perficientes:
 non autē per medicamēra. Ex medicamentis maxime unctio
 nes probant & cataplasmata: cætera maleficij non esse experia
 Strabo auctor. Gymnosophistæ ab exortu solis ad occulūm p
 stant: contuentes solē imobilibus oculis: feruētibusq; harenis
 tota die insistunt. Auctore. Pliniū libro septimo. hi ut Strabo
 refert ex Onesicrito in maximo habētur honore. Alexāder cū
 audisset hos nudos incedere. Ad alios aīt nec vocatos ire: sed
 subere ut alij ad se veniāt: si quid assēg vellēt quod ab eis age/
 retur & diceretur. Et cū tales essent: nec decors videretur: ut A
 lexander ad illos accederet: nec ecia inuitos cogeret ut quicquā
 facerēt: p̄ter patria instituta: misit ad eos Onesicritū q; le inue
 nisse scripsit. xv. hoīes. xx. stadijs ab urbe: aliū in alio gestu: v
 stanē: vel sedentē: vel iacentē nudū: & usq; ad vesperā immotū
 postea in urbē discedere. Sed omniū difficultimū esse: solem p
 peti adeo calidum: ut nemo aliis nudis pedibus scilicet in me
 ridie per terram ire facile ferret. Locutumq; cum uno eorū no
 mine Calano: qui postea usq; in Persiam Alexandrum secutus
 sed'm patriā legē moriturus: est in rogu impositus. Strabo au
 tor Plutarchus Calani meminīt in vita Alexandri.

H h

Strabo
 Plinius
 Strabo

Strabo
 Plutarch

PARTHENICES SECUNDAS

Ora iacens mundo nudis vicina sophistis.
Primus Anaxagoras quadam coelestia dixit
Mente regi, non ille louem: non ille Minerua
Non Maia Semeleue satum præfecit Olympo:
Non hominū quæcū: breuibus qui tanta lacertis
Corpora perpetuo nequeat conuoluere gyro.

Bragmæ

Ora iacens mundo. Sunt autē Bragmane Indiæ quorū regi/
onem repositū mundū dicit Poeta: quoniā ad orientē solē ma/
xime sita est: soliq; Indi nunq; e suis migrant finib; ut Plin.
ait: nec etiam a nostris comperta est tanq; quæ longissime ab
est: & si qui viderunt ptem viderunt. Et ea quæ ab eis perspecta
dicuntur: in transitu quodā militari & pro discursu deprehens
la sunt. auctor Strabo.

Plinius

Gymno
sophistæ

Nudis vic. so. Gymnosophistis. nā γομφόσ nudus dī σο
φιστήσ oratōr: præceptor: sapiens:deceptor. Nā Sophistæ
erant item qui falsis argumētis malas causas tueri docebāt. in
eos Socrates ppetuā oracionē inscripsit Καττωρ σοφιστώμ

Strabo

Anaxa/
goras.

Primus Anaxagoras. Anaxagoras Hegesibolo siue Eubo/
lo patre Clazo Menius Anaximenis fuit in primis studiosus:

Mens

primus hic materiē quā Hylen appellant: mentē adiecit: in pri
cipio operis sui sic scribens. omnia simul erāt. deinde accessit.
Mens eaq; cōposuit. Hic nō solū generis gloria & opibus: ver
animi quoq; magnitudine clarissimus fuit. Philosophari cō
perat Athenis sub Callia. xx. ætatis anno ut Demetrius Phale
rius in descripcione Principiū refert ubi & xxx. annos cōmo/
phalerius ratū tradunt. Aiunt illū p̄dixiſſelapidis lapsum: q; prope Ae
gim fluuit contigit: quē ex sole casu& dixerat. Auctor Laer.
cius Plutarchus scribit eius ætatis homines Anaxagorā Men
tem appellasse: siue quod eius prudētā in cōtēplanda cogn
oscendac; res: natura excellentē & singularē admirarentur: siue
quod res: principia non in fortuna ac necessitate sed in mente
pura atq; secreta ab omni cōmixtione locasset: quā cōmixtis
ceteris & concretis equalis p̄tūlas distribueret.

Aethica Cæcropias docuit qui primus Athenas
Insignis virtute Senex: simulachra Deosq;
Risit: & hic Sophiæ princeps ab Appolline vñ
Dictus: & iccirco iussus potare cicutam.

LI. III FOL. LII

Aethica Cœcropias. Socratem intelligit Philosophum Atheneum
Fauorius nensem. Nā is primus ut Fauorinus in omnimoda scribit hī /
Idomēeus storia cum Aeschine discipulo oratoriae campos apperuit: Ido-

meneo id ipsum in libris quos de Socratis scripsit afferente.

Primusq; de vita ratione differuit: ac primus Philosophorum dānatus moritur: Pythiē testimonio (id est Apollinis vatis)

qua Cherephonti id oraculum addidit: quod in oīm ore est: q;

scilicet mortalium omnium Socrates sapientissimus predi-

catur. Antisthenes in successionibus & in Apologia Plato: tris illum accusasse tradunt: Anytum Lyconem ac Melitum. Any-

tum quidem opificum ciuiliumq; parres tuentem: Lyconem oratorum/Melitum vero Poetarum: quod eos omnes carpe-

ret. a Iudicibus morte damnatus: & coniectus in vincula post

paucos dies venenum bibit Laercius auctor.

Simulacra. d. q; risit. Capita accusacionis fuere. Accusat Melitus filius Socratem Sophronisci filium Alopecensem de hisce criminibus. Iura violat Socrates: Deos quos ex maiorum instituto suscepit ciuitas Deos esse non aestimans: alia vero noua demonia inducens. Contra ius & phas iuuenes corrū-

pit. poena illi mors Laercio auctore.

Et iccirco iuss. po. cicutam. Plinius libro vicesimo quinto Cicuta

dicit Cicuta venenum est publica Atheniensium poena iniusta.

Est autem herba caule viridi alciore sepe binis cubitis in cacu-

minibusq; ramolo folijs coriandri tenuioribus graui odoratu

semine Aneli crassiore. Persius. Barbatum crede magistrū Di-

cere sorbicio tollit quem dira cicutæ.

Matre Perictonia veniens a stirpe Solonis

Clarus Aristocles: hūeris Plato dictus ab aplis

Cum comite Eudoxo nostrā peruenit ad urbē.

Matre Perictonia. Platonem designat hic natus est patre Plato

Aristone matre Perictonia seu Potona: fratres habuit Adiman-

thum & Glauconem sororemq; Potonam: de qua Speusippus

nascitur. Exercitatus est Plato apud Aristonem Argiuum pa-

lestritam: a quo & Plato pro ægregio corporis habitu cognoscinatus est: cum prius Aristocles ex aui nomine vocatus esset. aristocles.

Maternum genus a Solone duxit. Porro Solon ad Neptunum & Heleum genus refert. Aristonem quoq; patrē Codro Melanthi filio originemducere tradunt: qui a Neptuno itidē san-

guinem trahere Thrasyllo teste memorantur. Laercius Au-

ctor.

H h ij

PARTHENICES SECUNDÆ

Eudoxus

Cum comite Eudoxo. Eudoxus cum Platone in Aegyptū profectus: & ambo cū sacerdotibus ānos. xiiij. sunt verlati (ut quidam volunt) & cū sacerdotes illi in rerum cœlestiū, scīcia præstarent: essentq; mystici & incommunicabiles: tamē & tēpore & obsequio exorati: nōnulla præcepta monstrarunt. Illi exurrentes die ac noctis particulas. ccc. & lxxv. diebus in anni complemētū tradiderunt auctor Strabo. Laercius Eudoxū Elchi nis filiū dicit Gradiū Astrologū. Geometram & Legiferum

Philistiō.

tum medicū quoq; in medicina Philistione Siculo præceptore usus. Geometriā ab Archytā didic̄t in Aegyptum cū Chrysip po medico profectus: ab Agesilao ad Nectabin litteras cōmen daticias ferens: a quo sacerdotibus cōmendatus est: ibi annum unum & menses quatuor remoratus mento attonso atq; sup cilio. Laercius auctor.

Nostram per. ad urbem. Vt apud Strabonē discimus: apud Heliopolim Plato & Eudoxus habitauerant: ubi & sacerdotū domicilia & loca monstratur cum quibus versati sunt.

Quicquid ab Abramo nostri dīdicere parentes Transtulit ad Graios: & ab his Academia terris Orta Deos plures auferunt: unumq; fatetur Artificem mundi dominatoremq; Deumq;. Magnus Aristoteles hominū figmenta perosus

Qui cqd ab Abramo. Aegyptios legē dīdicisse uult Pœta iudeis. Platonē eam transtulisse ad Græcos. unde & Diuus Aurelius Augustinus diuinū appellat Platonē: eius quoq; dogmata Christiane religioni ceteris philosophiis doctrinis magis consentia neā. ut in libro de Ciuitate dei legitur. Cōstat autem omnia quæ in secularibus disciplinis ostentantur: a diuinis litteris esse transsumpta. testis est doctus ille præparator euangelicus Eusebius Pamphilus: qui prodit Græcos suos equibus latinitas nostra suscepit exordium: fundamenta omnis bonae disciplinæ ab Hebraeis esse furatos. probat hoc Cassiodorus: ita scribens. omnis splendor rhetoricae eloquentiae: & oēs modi Poeticæ ælocutionis & q̄libet varietas pulchrit̄e pronunciationis a diuinis scripturis sumpsit exordiū. S. Brant.

Academia Academia. Plato ex Aegypto regressus Athenas in Academia cōmorabatur. Est at locus in suburbano nemorosus: a q̄dam heroe noīe Academo sic appellatus. auctor Laercius. Vñ Platonici dicti fuere Academicī. Nam veteris Academiz̄e prin-

Strabo
Laercius:

Strabo

D. Augu-

S. Brant:

Laercius:

LI. III. FOL LIII

teps fuit Plato: tñediç Arcesilaus: nouç Lacydes. auct. Laer.

Plato. Artificē mundi. Inicia reḡ esse tria arbitratur Plato. Deū. & Principia
materiā rēfūq; formas: quas Ideas idē vocat: inabsolutas: in/ reḡ tria.
Apuleius us itē artifex conformat vniuersa. Apuleiūs auctor.

Aristoteles. Aristoteles Nicomachī Phœstiadisq; filius Sta/ Aristotele
girides fuit. hic inter omnes Platonis discipulos maxie excellit:
luit: voceq; gracili ut Timotheus Atheniēsis in libro de vitis
refert: & exilibus cruxibus: paruissq; oculis fuit: veste insigni:
& annulis ac tōsura utens. Natus est autē & illi filius Nicoma. Nicoma
chus ex Herpyllide pellice: cū legatus Atheniensiū ad Philip/ chus
pum profectus fuisset. Interim Xenocrates Acadimiae præfici
tur. Aristoteles reuersus in Lyceo Peripatū elegit: illicq; usq; Lyceum
ad vñctionē deambulādo cū discipulis philosophabatur: ideo Peripate
Peripateticus appellatus est. tredecim annos Athenis docuit. ticus

Laercius. postea clam in Chalcidē concessit: quod ab Eurimedonte Hierophanta impietatis accusatus esset auctor Laercius. Vñ Poe
ta unius Dei cultum Aristotelī causam peregrinaciōis seu ex
iliū fuisse designat.

Lyncea in æthereos attollens lumina tractus
Vidit in hac unum mundi testudine Numen
Et coluit: patrios ideo fugisse Penates

Solinus Lyncea. Lynx fera est quadrupes maculis distincta ex lupo/
rum genere: ut Solinus scribit: visus acutissimi prohibetur.
Euboicosq; lares fertur peciisse: diemq;
Chalcide supremum longa clausisse senecta.
Hic Deus errantes miserans in imagine nostra
Venit: & istorum fraudem detexit & artes
Spirituum sacros quibus indulgetis honores.
Hic Deus: hunc unum colimus: vobisq; coledū
Dicimus. at plures luci præferre tenebras
Et cœlo Phlegethonta volunt: & funera vitæ.
Huius in aduentu vester trepidauit Apollo
Squalidus: & vultu radios contraxit opaco.
Tum cecidere Deū statuae: simulachraq; miris
Sunt contrita modis: vestri meminere parentes.
H h ij.

PARTHENICES SECUNDÆ

Hūc Solymi vates perhibent vestræq; Sibyllæ
Sæcula facturum lustratis aurea sæclis.
Huius ob imperium æternum promissaq; gēti
Regna suæ nec forma meos nec sceptra nec ætas
Sollicitant animos: bona nec mortalia tanti
Ducimus: hoc eciam vestri docuere Poetæ.

Euboëa

Euboicosq; lares. Euboëa insula est magna in Aegeo pelago
ut Ptolemeus scribit. Macris item Abantis dicta: ut Strabo re-
fert. Ut autem scriptis affirmat Aristoteles: pfecti de Abapho
cidis ciuitate Thraces insulæ incoluere. Vnde illius Inglinos Aristoteles
Abantes appellatos. Sunt qui ab Heroe dicant nominari: sicut
heroice indolis matrona Euboëam ei cognomen tradidisse.

Ocha item a monte reliquos supante dicta tum Helleopia no-
miata est ab Iouis filio Helleope: nostro quo a Maumerthe Tur-
ca capta fuit. Necropontus barbare dicta. Chalcis eius est ciui-
tas metropolis. in ea Aristoteles versatus est quoad vita fun-
ctus. auctor Strabo. morbo interij cum esset annorum ferme
sexaginta triu ut Laercius refert.

Hic Deus. Vnus & solus quem Philosophi coluerunt: ut
vult Poeta.

Vestri docuere Poetæ. Orpheus unum Deum professus est:
ut Lactancius scribit.

Lactancius

Nam quid Lyriopes & Grai filius amnis
Vos aliud docuit: fragilis quā noxia formæ
Blandimenta malis præbere incendia curis
Et sibimet nec solum alijs inferre venenum?

Nam quid Lyriopes. Narcissus Cephisi fluvij & Lyriopes
nympha filius ob pulchritudinem formæ perij: ut est in fabulis
& Ouidius in libro Metamorphoseon tertio canit. Poeta no-
ster hoc fabulam dicit docere: quod noxia blandimenta fragilis
formæ non solum alijs: sed & sibi ipsi: venenū hoc est excidiū so-
lent inferre: & præbere incentiu malis curis hoc est amoris & li-
bidini.

Et quid opes aurūq; Midæ montere: qd ausus
Quid Phætonis equi: nisi qd vota iproba Re-
Diuiciæq; abeunt pessum; secuq; ruinis gum

LI. III FOL. LIII

Inuoluunt graibus Reges regumq; ministros?
Dicite, Plutoni veterum prudencia vatum
Cur subiecit opes? forsan quia viderat aurum
Ex imo tellure trahi, sub montibus altis
Aes latet: argenti decor est in viscere terrae:

Et quid opes. Diuicis Midas Phrygum rex omnes antecellit. *Midas.*

Herodot. sit: ut Herodotus scribit. Iustinusq; Fabulae dicunt eum aures
Iustinus. asininas habuisse: quoniā Fana prelulit Apollini: ut est in Vn
Ouidius. decimo Ouidij Metamorphoseon.

Diodor Quid ausus. Fabula Phaetonis nota est.
Dicite Plutoni. Diodorus scribit. Cererem ac Iasonē puerū *Pluto*

genuisse appellatū Plutonē: qui cultū vitæ pecuniasq; coacer-
uare: ac in usus custodire primus mōstrauit. A Poetis yōo Plus
to Saturni filius inferis p̄fesse diuicisq; singitur.

Betica testatur regio: Pactolus & Hermus
Astipulantur: agunt etenim flauentis harenæ
Diuicias; fuluumq; trahunt cum piscibus aurū.
Et quia sub terris Ditem regnare volebant:
Quæ tellure latent Diti attribuere profundo:
Forſitan hæc fuerit racio quæ mouerit illos.

Betica. Hispaniæ ager ad orientē & meridiem iacēs si ad uni-
uersum conferatur orbē: excellentissimus est ob corum virtu-
tem bonorum: quæ terra creat & pelagus Hic est quem flumē
Betis alluit: h̄sdem ex locis nascens ex quibus Anas & Tagus *Betis*
mediæ: inter utrūq; magnitudinis existens: ab sui primordio
sicut Anas in occalum fluitans: inde in austrum deflectens in *Betica:*
idem littus excurrit. Regio ipsa a flumine Betica vocatur. Ab
incolis autem Turdetania . Exportatur autem a Turdetania *turdetāia.*
vinum: magna vis tritici. oleumq; non modo ubertate: sed eti-
am bonitate p̄cipuum. Euchitur insuper cera: mel: pix: & grana
purpure. auctor Strabo. ob ea grana hodie Granare regnū ap-
pellant barbari: quā superiore anno Ferdinādus Hispaniæ Tar-
raconen. Rex: e barbaroq; manibus liberauit. In ea regione
& montes extant aurī & argenti habentes indaginem: quā me-
talleam nominant. Ea ad Tagum pertinet. Strabo auctor. Pli-
nius cunctas prouinciarum diuite cultu ac fertilitate Beticam

H h iiiij

Strabo

Plinius

PARTHENICES SECUNDÆ

precedere dicit. lib. iii.

Pactolus

Hermus

Pactolus & Hermus. Lydia flumina Pactolus a Tmololo fluens: olim multa auri ramenta deferebat. Ex quo præclaras illas Croesi & maiorū diuicias serunt. defertur Pactolus in Hermū: in quē Hyllus qui nunc Phrygius appellatur imittit. Strabo auctor: fert autem arenas aureas & Hermus ut Herodotus scripsit. Papinius Macte bonis animi: cuius stagnancia rura Debuit & flauis Hermus ita scurreat ripis: & limo splendore Tagus.

Strabo
Herodot.
Papinius.

Altera se nobis longe præstancior offert
Ad mores inuenta bono s: studiosa salutis
Consona dogmatibus nostris. concedimus ergo
Diuicias Orco: quia sunt fomenta malorum.
Et scelerum instrumenta: quibus subuertit oñē
Iusticiæ robur: cæcos quibus itur ad amnes
Sulfureosq; lacus regnum implacabile Ditis.
Non aliam ob causam mundi Saluator iniquas
Appellavit opes: & lucra ferencia mortem
Distribuenda pios hominum mandauit in usus
Discite vestronum monitis cōtemnere q̄cquid
Est mortale: omnem regna in cœlestia curam
Ferte: nec ætati fluxæ neu fidite vitæ.
Mobile tempus abit: mora nulla fugacibus annis.
Nunc quoq; dū loquimur Cæsar tua p̄terit ætas
Anxia: nec gelidam tardat tua purpura morte.
Finis erat verbis: uno cum Rhetores ore
Nil veriti Regem: res admiranda: superbum
Sacrilegum quiddā simulachra Deosq; fatetur:
Incestumq; louem: subitoq; afflata repente
Numine tota cohors victorē extollere Christū
Cœpit: & in summam fidei prorumpere laudē,
Torua supercilio Maxencius ora minaci
Tollit: & accensus flagranti corda furore

Elata vocat arma manu, citus arma satelles
Admouet: accusu proceres tenuere citato
Talibus ardentem furijs: subuersa tumultu
Omnia præcipiti. postq; sedata parumper
Ira: leues animos dixit quæ mouit Erinnis?
Quis malus inuasit nutancia pectora Dæmon?
Ergo ne scemineæ potuerunt vertere nugæ
Vos quoq; vos inq; quos defendenda Deorū
Causa peregrinis ad nos contraxit ab oris.
Hoc honor exhibitus vobis, hoc dona meretur:
Hoc suspensa tholo, sic nos sic omnia Romæ
Numina negligitis? quæ tanta ignauia? multos
Vna puella viros superat. proh dedecus: inter
Milia tot prestantum hominū certaminis huius
Præmia fert mulier. sic Rex. concorditer omnes
Respondere Viri, quid nos terrere minando
Niteris? illabi manifestum in pectora numen
Sensimus: & rutilare sacro caput illius igne
Vidimus: & labi flamas ex ore loquentis.
Vincimur a Superis: & vieti ponimus arma.
Da veniam Cæsar: Christi transimus ad aras.
Iupiter & Proles & Numina falsa valete.
Cæsaris extemplo facies excanduit: ardent.
Lumina: labra tremunt: rauco clamore ministros
Conuictat: infandū facinus iubet: ore tragœdo
Atq; Sophocleo scelus enarrabile cantu.
Tollite sacrilegos clamat: iugulate Deorum
Sacra profanætes: auibusq; epulanda per agros
Extat date: haec illis sint præmia: vadat ad urbes
Fama peregrinas: tantæ victoria pugnæ

PARTHENICES SECUNDÆ

Has habeant lauros: hæc gloria segnibus esto.
Ite rogū ingentē struite: & date corpora flāmis;
Et cinis æquoreas vento rapiatur in undas.
Talia fulmineo iaculans late intonat ore.
Attoniti tremuere omnes: feralibus armis
Circumfusa cohors vinctos prætoria ducit
Rhetoras: & magno circūstrepit agmine miles:
Voce recedentes tali Catharina monebat.
Ite triumphales animæ: superate Tyrannum.
Ite alacres: hodie vobis referantur Olympi
Limina. momentum mors est ubi transiit æther
Panditur: & liber petit ignea spiritus astra.
Ite domos cœli sanctosq; intrate penates.
Ite: sequar nec vos sacri iactura lauacri
Terreat: abradet scelus omne salutifer ignis.
Nec mora. comportant alijs sacramenta trabesq;
Materiam arenem: & sylvaë virgulta salignæ.

Altera. racio honesti Christianis preposita est: nō formæ cultus: non ambicio: non opes aut diuiciæ.

Orcus. Orcus ab urgendo dictus. c. enim pro. g. frequenter ponebant antiqui. auctor Festus. Alij ab ὥρκος quod est iumentum deductū perhibent eo quod per illum hoc est stygē paludem: a qua (teste Homero) profluit iurabant Di: nec peie Homerus rare licebat.

Finis erat verbis. Oracione Virginis finita Rethores Christo credunt Deos Cæsaremq; execrantur. Inuenit in eos Maxencius. Suspensa tholo. Tholus Græca dictio cum. th. a / spirato scribi debet. & significat testudinem templi. Varrone auctore. item locus Athenis ubi scripturæ publicæ seruabatur hic de tholo templi & apud Virgi. Si qua ipsa meis venatibus hausi Suspendive tholo.

Tholus. Vario Virgil. tragodia. Ore tragoedo. Tragoedia ē Heroice fortunæ in aduersis comprehendens Diomedes auctor dicta a Τράγος & αδην quoniā Diomed, olim auctoriis tragicis Τράγος. i. hircus premium cantus preponebatur: qui liberalibus die festo Libero patri ob hotip

LI. III FOL. LVI.

Varro
Horacius sum imolabatur: quia ut ait Varro depascunt vitem. Horacius
in arte Carmine qui Tragico vitem certauit ob hircum. Auctor
Diomedes. vox his grandior & quasi furēs cōuenit. iter Tra-
gicos p̄f̄st̄terunt Sophocles & Euripedes Virg. in Bucolicis
Sola Sophocleo tua carmina digna coturno.

Salutifer ignis. Baptismū intelligit flaminis.

Materiam arentem. Apposituē. Pyrā designat hoc est stru-
ema lignorum.

Et piceas alij pinos & odora' cypressi
Roborā iuniperi ramos: campocq; patentī
Construxere pyras: adipem fomentaq; flāmis
Plurima subiiciunt; oleaeq; liquoribus addunt
Sulfura certatim: coit omnis turba; viæcq;
Erustant hominū turbas. velut aggere fracto
Cum Padus in virides spumanti vortice cāpos
Insilit euertens segetes: spemq; obruit anni.
Subiecte faces; salit ardua flāma comamq;
Spargit: & in nubem sumi glomerantur opacā.
Corripiunt vinctos bini: stringuntq; retorto
Fune manus & fune pedes: iaciuntq; per altos
Ingenti clamore rogos. furit ignis: & ardor
In mentum salit atq; comas stridore corusco.

Et piceas. Sexarborū genera cognata in Europa resinam fe-
runt. Ex his Pinus & Pinaster folium habent Capillamēti mo-
do pretenue: longumq; & mucrone aculeatum. Picea montes
amat & frigora: feralis arbor & funebri indicio ad fores posita
ac rogis virens. Abies insuper. Larix: & Teda: eiusdem generis
Oia ea q; petuo virent: nec facile discernuntur in frōde eciā a peri-
tis: tanta nataliū mixtura est. Pli. auctor lib. xvi. Cōstruxe-
re py. Cōgeries ligno: pyra Virg. lib. Aeneidos. xi. Innume-
ras struxere pyras. Rogus dū ardere ceperit. Virg. Subiectisq;
ignibus atris Ter circu accessos cūcti fulgētibus armis Decur-
rere rogos. Bustū Festo auctore dicitur locus in q; mortuus ē Bustum
cōbustus & sepultus. Dicitur Bustū quasi bene ustū. Vbi vero
cōbustus q; tantūmodo: alibi vero sepultus: is locus ab urē
do Vstrina vocatur: Sed mō busta sepulchra vocamus.

Pyra

Rogus

Bustum

Vstrina

Plinius
Virgil'

Festus.

Felis

Homo

Ven
Virg

Dio

PARTHENICES SECUNDÆ

Tanta sacerdotes alaci spectacula vultu
Conspiciunt: tabulisq; iuuant incendia factis.
Cæsar is extollunt animos: urgētq; ministros.
Et rediſſe Deū libamen & orgia gaudent.
Extinctis mox busta Viris cecidere: nec artus
In cineres abiere: togas & corpora lambens
Leniter abstinuit viresq; coercuit ignis
Ipse suas sanctos veritus tractare, sepulchro
Christigenæ intrepidi sublata cadavera ponunt
Suppliciter flentes: & tristia funera ducunt.
Cædis adhuc audius Cæsar: nec criminie tanto
Territus at m̄to madidus post prandia Baccho
Mandat ab obscuris foribus cæcocy reuulsam
Carcere vicitricem mensis astare Puellam.
Illa catenarum strepitū per lata sonante
Atria nil pauitans duri subit ora Tyranni.
Composito vultu & frontis feritate parumper
Vix tandem posita ficto Rex pectorē fatur.
Regia progenies Virgo tua maxima virtus
Insigni nobis hodie certamine nota
Conciliare potest tibi me: nisi nostra vereri
Sacra negas: versis igitur palinodia verbis
Est dicenda palam: neu te male numina perdāt
Est placanda Deum dictis melioribus ira.
Illa, quid his iterum nugis me vertere tentas
Cæsar: ait, tu saxa colas: sine Numinis nobis.
Forsan honoratis lapides: quia creditis olim
Deucalioneis homines de cotibus ortos.
Talibus accensus dicitis Maxencius altum
Ferrea clamabat date yerbera, yerbera lictor

Expedit: & nudos humeros ac pectus apertum
 Virginis inuadens crebro ferit impius i^ctu
 Innocuum corpus: miti gemit ore: Deumq^z
 Allocuitur Virgo, nostri cape sancte crux
 Primicias: animum serua: sit victima fluxum
 Corpus. ut Abramus seruato pignore sacrum
 Fecit & illustrem pecudis crux imbuit aram
 Sic mea seruata caro concidat hostia mente.
 Sicut ex oculis lachrymæ fluxere tepentes
 Ora genasq^z rigant: largus de vulnere sanguis
 Labitur: & terram cædes effusa cruentat.

Tanta Sacerdotes. Deorum sacerdotes & Idololatre: conspi
 ciunt combustionē Rhetorum alacri uultu Idololatras cultus
 rediisse gaudentes. Christicole corpora inconsumpta igni: se/
 pulturae tradiderunt. ignis enim vires suas cōtinuit: illeſis san
 torum artibus membrisq^z.

Cedis adhuc audius. Cæsar. Maxencius iterū sibi puellam
 diuam Catharinam ſitti iubet. quam Poeta viētricem appellat
 ob uitios Rhetoras Christocq^z lucro factos.

Palinodia verbis. Palinodia recātatio dici potest: cū male de Palinodia
 quopiā ſcribentes: deinde reſcribentes bene de eodē ſcribimus
 Io. Carm. dicitura παλιον & ὠδὴ Io. Carmelitano auctore.

Deucalioneis. Deucalion post diluuiū iactu saxoru huma/ Deucaliō
 Quidius. num genus restituit: ut Quidi. canit. Doctus a Themide Rex
 Iustinus fuit Thessalia ut Iustinus tradit.

Abramus. Abram filium iussus imolare: ab angelo phibi/
 tus fuit occidere filium: ſubiecto ariete inter vepres herete: ut
 Hierony. in Genesio lib. Hieronymus testatur. Vñ animū ſanctū & il/
 lustrem refexit Deus: itidem virgo exoptat.

Supplicio affectam tali iubet ire ſub umbras:
 Nullaq^z bisenſis præberi alimenta diebus.
 Vertitur abſtergens oculis: gemebudaq^z pectus
 Velat: & in nocte lachrymans descendit opacā.

Supplicio aff. ta. Virginis pectore cōtuso verberibus: iufsa
 est trudi in carcerē: eiq^z alimēta duodecim diebus minime pre
 ſita (ut Poeta canit) pasta autem fuit cibo ex paradyſo allato:

PARTHENICES SECUNDÆ

occasione cuius locum paradyssi situmq; describit.

Est locus Aeōos Phoebi nascentis ad ortus
Arduus attollens vicina cacumina cœlo.

Thraicia maior Rhodope sublimior ossa
Pelion Aemonium superans & culmē Olympi

Paradisi[¶] Est locus Aeōos . Paradisum designat hortum deliciarum:
sive voluptatis dictū Mose. Est autē locus amēnissimus lon-
go terre & maris tractu a nostra habitabili secretus. Adeo aedi-
tus ut usq; ad lunare globum attingat . Vñ & aquæ diluuij ad
eum locū minime puenerūt: in eū locum hominē primū creatū
Deus posuit: ut Hieronymus in Genesios lib. scribit .

Rhodope.mons Thraciē.Ossa: Pelion: & Olympus Thessa-
liæ sunt auctōribus Strabone Plinio Ptolomēoq;

Caucaseascz niues ubi sunt iuga maxima Taurō

Hilic perpetuo vernancia gramine rura

Perpetui fructus æternacz gracia florum.

Vernacz temperies semper: sine nubibus aer

Lympidus: austēr abest: Boreas nō sibilat: Eurus

Exultat: occidua Zephyrus non murmurat aura

Hic primæua quies homini iciuna prius quam

Inſelix vetita viciasset guttura fruge.

Caucaseascz niues. Caucaſus mons Pōtico & Caspio mari i-
minet muniēs Isthmū (id est terrā sitam iter ista duo maria) q
ea dirimēns Astrū versus Albaniā Iberiāq; distermiat. Septē
trionē versus Sarmaticos cāpos arboribus & omnigena silua
plenus: ea p̄cipue quæ fabricandis nauibus est idonea. Erato-
sines ait Caucalum ab Indigēis vocari Caspiū. auctor Stra-
bo. Alexandri regis scriptores montis nomē in Indicos mōtes
& in vicinū illis mare transtulerunt: cū Caucaſus supra trigīn-
ta milia stadiorū distet ab India. Strabone teste . Plinius libro
quinto dicit Taurz ubi scipsum superat Caucaſum vocari: quē
hic Poeta sequitur. Strabo dicit: p̄gradienti ab Hyrcano mari
ad Aurora: ad dextram sunt mōtes qui usq; in Indicū mare p̄-
cedunt eos Græci Taurum vocant: qui a Pamphylia Cilicia/
q; incipientes & ab occidente perpetui hucusq; procedūt: cum
alia atq; alia nomina sorciantur. Septētrionaleis eius ptes pri-
mo (ut dictum est) habitant Gelæ: Cadusij: Amardi: & Hyrcan-

Hierony.
Strabo
Plinius

Erato-
sines.
Strabo

Plinius

Strabo

Taurus

LI III FOL. LVIII.

norum quidam: postea Parthorū Margianorū & Ariorū gen-
tes. Tum deserta quæ Samus amnis sepat ab Hyrcania ad Au-
roram atq; Ochum tendunt: quoad autē hucusq; pertendit vel
paulo minus Parachoatras appellatur. Deinde est regio Baccrī Parach
ana & Sogdiana. Ultimi sunt Scythē Nomades. Montes om-
nes qui post Arios sequunrur Macedones Caucasum vocaue-
runt: Alexandro gratificantes. Barbari vero & summas & bo-
reales Paropanisi partes & Imaum & Emodum vocauere. Au-
tor Strabo.

Illic perpetuo. Paradisi delicias describit: nō Tauri siue Cau-
casi: quoniam horridi sunt.

In medio fons est lato pulcherrimus orbe
Quatuor unde fluunt occulto flumina cursu.
Nam tria secretis delapsa meatibus arcton
Versus eunt: at mox verso reuocantur in austrū
Tramite: ad æthiopes: combustaq; solibus arua
Defluit assiduis quartum: Meroemq; refuso
Gurgite complectens Mæphitica regna pagrat.

In medio fons est. Historiā Geneseos sequitur.

Quatuor unde. Gāges: Euphrates: Tigris: & Nilus. Tigris & Eufrates ex Tauro fluunt ubi Armeniā a Melopotamia di-
sternimat: Mesopotamia circūdant: & apud Babylonios inui-
cem coherēt: deinde in mare Persicū emittūt. quoq; Euphrates
maior est: & plus regionē flexuoso alueo p̄currit. Tigris ex eo
dem mōte Seleuciā illatus: ad Euphratem accedit: ibiq; efficit
Mesopotamia: deinde in eundē sinū intrat. Fontes iter se distat
ad stadia duo milia & q̄ngenta. Auctor Strabo. Poeta occultis
meatibus ea flumina usq; ad boreales Tauri p̄tes uult pueni-
re: atq; inde primū videri: licet fontē in padiso habeat. Gāges
ut Pli. scribit. aliij incertis fontibus ut Nilū rigantēq; vicina eo-
dē mō. Alij in Scythicis mōribus nasci dixerūt. Ptolomeus ex
Imao qd̄ idē estimo: cū Scythes ab Indis diuidat Imaus.

Ad Æthiopes. Nilus Meroen insula facit Ptolomeo teste: i
ea est ciuitas eodem nomine quo insula: quæ & regni caput est
montes frequentes habet & nemora inmodica. Habitant eam
partim pastores: partim venatores: partim agricolæ. Sunt i ea
ærarie: ferrarie: & aurarie: & pr̄ciosorum lapidum genera. au-
tor Strabo.

Strabo

Hiero
Strab
Plini

Strabo

Ptolome

Strabo

Ganges
Nilus
Eufrates.
Tigris

Meroe



PARTHENICES SECUNDÆ

Ad vitrei fontis ripas in margine læto
Sunt oleæ pingues: sunt medica mala: cypressi:
Et semper virides lauri: palmetacq; longis
Frondibus: & pini pingues : & myrtle sylua.
Sunt & odoratæ cedri: fecundacq; semper
Ficus: & uua graui pendens in palmitæ: pruna
Cærea: iuglandes: & amygdala: purpureumq;
Quod tuli Arctois pomum Lucullus ab aruis
Prata sub arboribus raris florencia semper.
Lilia/serpillum/narcissus/amaracus omne
Gramen odoriferū: violæ/rosa/balsamus.arbor
Thurea: myrrha: thymū:buxus:terebi thus;amo:
Nardus: & Aiakis frondes roriscq; marini. -mū
Irriguo circum riuos sua brachia tendunt.
Innocui vitro ludunt in gurgite pisces.
Vbera distendunt pecudes, hic nulla leonum
Semina: non serpens: nec cauda scorpius unca.
Omnia tuta, cubant lepores: nec bella nec ulla
Insidias metuunt. cantu nemus omne volucrū
Personat: & florum per summa cacumia nectar
Libat apis: lectumq; cauis opus aggerat antris.
Nuncius ante pater summa quem miserat arce
Virgineo occurrens morbo/casu scq; futuri
Præcius, inde fauos illis & mella diebus
Pomaq; decerpens; dapis iinconsueta ferebat
Xenia: desertæ trans æquora lata Puellæ.
Haec sunt illa quibus felicem pabula vitam
Helias & socij longæua in sæcula ducunt.
Omniaq; infuso curauit vulnera moly:
Moly, quod omnigenis fecit Deus utile morbis.

LL. III FOL LIX

Nigra subest radix / viridis coma / floribus albet.
 Iam bissenā dies ierat; reuocatur ab umbris
 Ambrosium vultu referens Catharina decorē.
 Nec tenuata fame nec tristī squalida nocte.
 Cæsar ut aspexit solitum decus oris honesti
 Fraude ministrorū pastam putat; æstuat; ardet
 Vociferans: trepidat mugitu Regia tanto.
 Non secus ac nautæ pelago cū turbidus imber
 Ingruit; & rauco volitat cum murmure nubes
 Pulsa Noto: tumet unda: micat pice nigror aer
 Ignibus: & toni tru ingēti tonat altus Olympus.
 Perdite custodes clamat vel mergite ponto
 Tergore consutos: Siculis vel adurite tauris.

Ad vitrei fontis ripas. Describit Poeta fructus & arbores cir
 ca fontis paradisiaci ripas.

Plinius Sunt medica Mala. Plinius libro. xij. Inter peregrinas arbo
 res ponit Malum Assyriam: quā alijs vocant Medicā. hanc dicit
 venenis mederi: folium eius est unedonis intercurrentibus spi
 nis: pomum ipsum alias non manditur: odore præcellit folio/
 rū quoq; q transit ī uestes: una conditus arcetq; aialii noxia.

Plinius Cyprellus. Hæc & Cupressus dicitur Diti sacra: & ideo fu/ Cyp̄sus
 nebri signo ante domos posita. Plin. libro. xvi.

Lauri. Laurus triūphis proprie dicatur: ipsa pacifera: ut quā Laurus
 pretendi eciā inter armatos hostes quietis sit indicium: Roma
 nis præcipue leticię victoriarūq; nuncia. Additur litteris & mi
 litum lanceis pilisq; fasces Imperatorum decorat. Idq; nō quia
 perpetuo viret: preferenda utiq; Myrto & Olej est: sed q; spe &
 statissima in monte Parnaso. ideoq; eciam grata Apollini. Et
 quia fulmine nō icitur lata: vel in domos recepta. Tiberiū pri
 cipem tonante celo coronari ea solitū ferunt: contra fulminū
 metus. Plin. auctor libro. xv.

Plinius Tibullus Myrtea silua. Tibullus & gerit insigni myrtea serta coma. Myrtus
Tibullus Myrtus arbor est Veneri sacra: odoratissima est in Aegypto
Plinius Plin. auctore.

Cedri. Minoris Cedri duo sunt genera. Syria & Phoenicia. Cedrus
 Differunt folio. Nāq; durum: acutū: spinosum habet Oxyce
 dros vocatur. Ramosa & nodis infesta altera: odore præstat: fru
 li

PARTHENICES SECUNDÆ

Etum fert: Myrti magnitudine. Sunt & maioris Cedri duo genera. Quæ floret fructum non fert: fructifera nō floret: maternia eius eterna. Itaq; simulachra Deorum ex ea factitauerunt.

auctor Plinius. libro. xij.

Plinius

Cerasus

Pomum Lucullus. Cerāsum dicit. hæc arbor ante vicitoriā Mythridaticam. L. Luculli in Italia nō fuit: at Vrbis anno sex centesimo octogesimo. L. Lucullus primum vexit e Pōto. auctor Plinius libro. xv.

Plinius

Thymus

Thymū. Thymi duo genera: candidū ac nigricans. Floret circa solsticium cum & apes decerpunt: & auguriū mellis est. Auctor Pli. libro. xxi. Virg. Dumq; thymo pascuntur apes: dum Virgil rore cicade.

Et Aiakis frondes. Ajax in florem Hyacinthū mutatus. Vnde de Aiakis frondes. Hyacinthum intelligit.

Moly

Moly. Herba quā Mercurius Vlyssi tradidit in remedium carminū Circes. quā & Oui. xiiij. Methamor. & Pli Moly vocant. Vnde Oui. Moly vocat Superi: nigra radice tenetur. Pli. eam nasci tradit circa Phenēum & in Cyllene Arcadię. Specie illa Homerica radice rotunda nigracq;: magnitudine cepe folio Scyllæ: effodi autē difficulter. Græci auctores florem eius luteū pinxere cum Homerus candidū scripserit. Plinius sibi ē Cappađia allatam scribit: aliquot diebus effossa inter difficultates saxæ radicis triginta pedes longe: ac ne sic quidē solide sed abrute. Siculis vel adurite Tauris. Alludit ad Taurum ecreum a Perilao Atheniensi: Agrigentinorū tyranno Phalaridi fabrum factum: in quo subiectis ignibus homines torqueri docuit: uti mugitus taurinos ederēt: ut ē in Epistolis Phalaridis scriptū. ipseq; Perilaus primus opus suū i[n]thibuit. Ouidius in de arte Perillum appellat.

Phalaris
Ouidius

Perilaus
Perillus

Iussa citi Garamas Nasamō maurusq; facessimt Marmoride: Psylli: Numidē: quibus una libido Sanguinis. accensos miseri raptantur ad ignes: Vinculaq; iniiciunt pedibus: terraq; volutos Versatosq; luto & foedatos puluere terga Ad tormenta trahunt. nihil illis mollia profundit Verba precū: lachrymæ nihil inter verba cadētes Nil longi labor obsequij: votisq; vocata

LI. III FOL. LX.

Numina nil profunt: manet implacabile pectus
 Regis: & indomitum virus medicamine nullo
 Frangitur. o infelix quæ te inclemencia Cæsar
 Virgo ait innocuos homines torquere coegit?
 Non ego terrenis epulis sed ab æthere missa/
 Sum dape pasta dies bissex. qui pabula genti
 Perdeserta dedit Solymæ. cù vecta per undas
 Aequore suspenso Pancheos venit in agros
 Me quoq; certantem pro religione fidemq;
 Afferere audentem pauit sanauit: & ipsa
 Parta salus opus esse docet cœlesti. cicatrix
 Nulla per offensos ferro depræhenditur artus.
 Incipe sedata fieri clemencior ira:
 Et neq; sanguineo similem te finge Neroni:
 Sed qualis Traianus erat: vel Iulia proles
 Augustus: qualeq; tulit gens Flavia Reges

Iussa citi. Garamas. Garamantes populi Libye: iuxta Syrtes supra quos Psylli ut Plinius tradit. Herodotus alios ponit in extrema pte Libycæ e qbus via ē ad Lotophagos. Luca. Nūc sup arentē Meroen cārīq; sub axe Qua nudi Garamates arāt . Nasamon. Diodo Circa Cyrenē & Syrtes orasq; medi/ terraneas qtuor Libycorū genera inhabitare tradit. Nasamo/ Anochitē nes ad Notū vergunt. Alij Anochitæ ad occidentē siti. Marmarā marmari. ride iter Aegyptū & Cyrenē habitat: ac littoris ptem. Quar/ Mace tū genus multitudine hoīm præstas appellatur Mace.

Maurus. Mauritania puincē est Aphricæ. & duplex a Prolo meo ponitur. Alia Tingitana: alia vero Cæsariensis appellata. & dicta est a Mauro Vulcani filio.

Psylli. Supra Garamantes ut Plinins & Solinus scribunt. Psylli fuerunt contra noxiūm virus muniti: incredibili corporis firmitate: soli mortibus anguium nō interibant: & quāuis dente letali appetiti: incorrupta durabant sanitatem. Hęc ḡes periit a Nasamonibus capta. aliter & fabulose de his scribit Hero dorus & tanstulit Aulus Gellius lib. xvi. noctiū atticarū.

Numidę. Qd' est a flumie Ampsaga Numidię datur. huius Numidia.

Iij

Plinius
Herodot.
Lucanus.
Diodor

Prolome,

Plinius
Solinus

Herodot.
A.Gellius

PARTHENICES SECUNDÆ

incole quam diu errarunt pabulacionibus vagabundis. No
mades dicti sunt. Solinus. & πό το μόνικον hoc est. Solinus
a pascuis. Quibus una libido sang.

Pancheos venit in agros: id est Arabicos.

Et ipsa salus parta. docet esse cœleste opus?

Flauia ḡd

Gens flauia. Rebellione trium principū Galbae: Othonis:
& Vitelij) & cēde incertum diu & quasi vagū Imperium suscep-
pit: firmavitq; tandem gens Flauia: obscura illa quidē ac sine ul-
lis maiorū imaginibus: sed tamen. r.p. nequaquā poenitenda:
confitet licet Domicianū cupiditatē ac seviciæ merito poenas
luisse. T. Flauius Petronius municeps Reatinus bello ciuili/
Pompeianaq; parcium cēturiō ortum genti dedit. Tranquillo Tragillus
astipulante. Huius filius Sabinus primus imagines ab Asis
populis meruit. Postea apud Heluecios foenus exercuit: ibicq;
diem obiit. supstitibus uxore Vespasia Polla: & duobus ex ea
liberis: quoq; maior Sabinus ad pfecturā Vrbis: minor Vespa-
sianus ad principatū usq; pcessit. Tranquillus in Vespasiano.

Et patrem & Natum: quorum vestigia debes
Sancta sequi si vis tanto succedere regno.

Dignus eris si iustus eris. clemencia Reges
Efficit Imperio dignos. pro immanibus actis.

Crudeli mercede Deus tibi digna rependet
Præmia: crudeles Superi crudeliter urgent.

Vicit fœmineo facundia iuncta decori:
Sedatusq; parum Cæsar: quo perdita Virgo

Vlscq; Ioui differs inquit parere: iuuentæ
Nec miserere tuæ: non te seruilibus utar

Obsequijs: nec enī id patitur tua forma nec ætas

Assentire meis aliquando & subde rebelles
Imperijs animos. quid me respondit inquis

Sollicitas verbis: turpi si pectora voto
Fœda geris. cur sanctum audes violare pudorē?

Vespasiā. Et Patrem & Natum. Vespasianum patrem. Titum filium.

Titus. Domicianus Titi frater tyramus evasit: unde Caluum Nero/
Domicia, nemappellat Iuuenalis. Cū iam semianimū laceraret Flauius Iuuenalis

orbum Vltimur: & Caluo seruiret Roma Neroni.
 More suum coeno assuetus sordescere nunquam
 Desinis: & mundæ nescis assuescere vitæ:
 Sic tua te instituit Venus: haec documēta tuorū
 Casta Deū. sunt haec quibus assentire iubemur
 Imperia: hi monitus: utrū tua prouida virtus
 Consulit utilius nobis humana ne iussa
 An diuina sequi: qd̄ amas Deus odit: & audes
 Impugnare Deum cum sis mortalis; ab urbe
 Ciuib⁹ haec tam vana meis documenta tulisti.
 ↪ Erubuit Cæsar. sceleris mens conscia non fert
 Iurgia: non audet vultus attollere; seqz
 Vertit ad Ichthybolū: & reuehi p̄cepit ad ubrā
 Carceris: atqz nouis tradi custodibus antrum.

Prisciāus. More suum coeno. Coenū non a coeno as. ut stulti tradunt: Coenum
 sed a Koipōw quod est inquino: deducitur. Prisciano aucto-
 re. Suum. hoc est Pororum.

Ichthybolus vero cui mens crudelis & atrox
 Ingenium: Regi quidnā vulgaribus inquit
 Hanc poenis terrere paras: sub sidere natam
 Credimus Hellæo. nam frons Marpelia caute
 Tauro mīta: ia al perior: rigidoqz Adamante:
 Durior Ausonios fasces nostrasqz secures
 Rides: & Imperio Diuum parere recusat.
 Cædimus: an iustis dementem urgere flagellis
 Præstar: & Imperij causam Diuumqz tueri:
 Mollia non obstant duris: nec forcia possunt
 ↪ Debilibus vinci: nec ligno saxa caurantur
 Nec manibus muri: sed duro marmora ferro
 Moenia contortis magno molimine saxis
 Eruimus. si auferre paras a virgine Christum.

I i ij

PARTHENICES SECUNDAB

Finge rotas: magnaç aliquot vertiginis orbes,
Et crebris armetur opus mucronibus omne:

Ichthybolus. Inducit Poeta Ichthybolū suadentē Maxen-
cio: ut rotarum machina cultrisq; radis insertis discerpi faciat
Virginem: quę oracione vinci ac molliri non queat.

Quidnā uulgaribus . Simplicibus: cōmunitibusq; excogi-
ta aliquod nouum pœnarum genus.

Helleo. Helleum fidus Aries est: quod & caput respicere di-
cunt Astrologi.

Frons Marpesia. Virg. Quam si dura silex. aut stet Marpe. Virgil
fia cautes.

Tauro/]
miniū.
Saxum
Siculum

Caute Taurominitana. Taurominium Sicilię ciuitas Stra
bone Prolemq; testibus . Alludit autem Poeta ad Saxum
Siculum : quod in exemplum inmobilis pacientiae adduci /
tur ob Sirenas: que quāuis in mari Siculo diuicius cecinerint:
non tamen mouerunt proxima saxa Propertius. Sit liceat & sa
xo pacientior illa Sicanus : Sit liceat & ferro durior & chalybe:
Non tamen illa suos poterit compescere ocellos .
Fasces. Insignia magistratuū Romanorum .

Et radij cultros & curuatura rotarum
Ancipites habeant; orbis contrarius orbi
Currit; & affixos verso fecet impetus axe .
Persephone immanes pœnas & saeva docebat
Supplicia occultis voluens corda impia formis,
Aspera inhumanum flexit sentencia Regem.
Queritur in tota si quis foret Vrbe Perillus

Axes
Radij
Canthi
Modioli
Anceps

Et radij cultros. Rorari partes sunt. Axes radij: canthi & mo-
dioli. Κρύσταλλοι autem pluraliter ἕν dicitur & est ferrum rotas
curruum cingens Persius singulatim dicit. Vertentem se fru-
stra sectabere eanthum. Et curuatura rotarū. Modiolos itel-
ligo. Ancipites. Anceps acutū ex utraq; parte Marcellio au-
& ore ancipites cultro s id est ex utraq; parte acutos. Alias du-
bium. Virg. li. x: Anceps pugna diu. Festus aliter interpratur.

Perillus

Orbis contrarius orbi. id est rota rotę .
Perillus. Atheniensis fuit faber cuius & Plinius meminīt in Phalaridis in epistolis epistola ad Athenieñ. indigne serētibus
mortem artificis: cuiusq; Perilaus scribitur.

Atq; Phereclea quisquā praeſtancior arte
Dædalus: aut auctor Troianæ cladis Epeus.

Atq; Phereclca. Quidius in Epiftola Paridis. Hac duce Si,
geo dubias a littore ſeeci Puppe Phereclea per freta longa vias

Phereclus faber celeberrimus qui fabricatus eft naues Alex Phereclus
andri Paridis : ut eft Iliados quinto quibus Alexander Hele/
nam rapuit. Hunc Meriones trucidauit. Fuit autem Harmo
nidis filius Homero teſte.

Dedalus. Ingeniosus: Ησίαλος enim ingeniosus di/ Dædalus :

citur.
Epeus. Epeum Panopei filium Boecium equi Troiani fuſ. Epens.
ſe fabricatorem ſcribit Homerus in Odyssea. meminunt auctor

Strabo.

Nox erat: & medium coeli ſtellata per axem
Cum loue ducebant nitidi veſtigia Pifces.
Maximus ætherei Christus regnator Olympi
Agmine coelicolum magno ſtipatus ab aſtris
Labitur: & nūeī tranſit per cornua Tauri:

Intrat ad humentes umbras & triste baratrum.

Fit ſonus. & nigram ſubito lux aurea noctem

Diſſipat: apparent pulchra ſub imagine Diui.

Primus Ioannes: humeros cui lucida veſtit

Pellis: & aurati pendent in tergore villi.

Altererat ſenior Petrus cui candida mento

Cæſaries geminæq; micant in pectore claves,

Tercius ardenti Paulus mucrone coruſcans

Igneus ore: ligant intextæ guttura gemmæ.

Quartus Ioannes aquila ſignatus amictu

Lucet in albenti: mentoq; & vertice canus.

Hi primi: ſua quemq; duce ſtant agmina circum

Squalorabit: fulget paries: circumfluus aer

Fragrat: & Armenio carcer luſtratur amomo.

Tum vultu Diuū Dominus ſic fatur amico.

PARTHENICES SECUNDÆ

Epeus.

Nox erat. Describit tempus noctis Sole in ultimis Sagittarum partibus constituto. Nam ex itario in inicio noctis ad occasum progresso Geminis, tunc tendentibus: Pisces in meo diei coeli collocantur. Dicit ergo Poeta Christum regnare rem aetheris ad Virginem descendisse cum agmine & comitatu celicolum: Virginisq; triumphū predixit ac de Tyranno victoriā.

Tauri, secundum situm coeli descriptū, Taurus duodecimam dominum obtinet: & quia Hyginio teste Taurus auersus id ē a tergo oritur: Cornua Tauri proximiora sunt terre, apte igitur per Christus descendere designatur.

Primus Ioa. Ioannes primā brevē: sed amō longā habet: nam cum scribitur tertiasyllabica dictio iωσῆπος. Describit Santos ut a nostris depinguntur cum suis insignijs.

Amomū. Amomo. Plinio teste Amomū Nascitur, in India & Arme/ nia parte quę vocatur Otene & in Media & in Ponto.

Hactenus ex alto pugnam spectauimus orbe
Occulteris tuis procul aspirauimus orsis
Fortibus: hæc claræ fuerint præludia pugnæ:
Nunc acie tota pugnatur & omnibus armis.

Hactenus ex alto. Oracio Christi ad Virginem.
Macte & in extremo palmam ne desere cursu:
Pars supereft tibi parua viæ: iam proxima palmæ
Curris: & apparet grauium supræma laborum
Meta; dies feret optatum tibi crastina finem.
Dixit: & ambrosia frontem perfudit & armos.
Et sic fatus abiit: dulciq; adit æthera cantu.

Macte. Mactare Marcello auctore significat magis augere. Marcellus
Virgilius libro. Aeneidos. ix. Macte noua yture puer sic itur Virgil
ad astra.

Altera lux aderat: feralis machina celo
Erigitur: populicq; foro concursus aperto
Cogitur, horrescunt visu: & crudelè fatetur
Id genus insolitum poenæ de robore querno
Textur: & bisex cubitis ascendit in auras
Pons: ubi voluendos lictor se attollat ad axes.

LI. III FOL LXIII

Impulsi magnis strident conatibus orbes :
Rostraticq; micant gladij: curuisq; minantur
Dentibus: & paruo inter se discrimine distant :
Corpus ut affixum lateri e regione locatum
Discerpit latus: atq; uno seget omnia cursu
Membra leues subito procul eiaculanda p auras.
Terrificum incuciens animis structura pauore
Aspectuq; nocens solo: super aurea sedet
Stragula: & a tecto spectat Maxencius alto
Coniugis extendens baccatam ad cola sinistrā
Protrahitur Virgo: quæ postq; immania vidit
Currere protensis armata volumina rostris
Substitit: & presso suspexit sidera gressu
Sic memorans, obsiste Pater crudelibus ausis:
Percute dentatos orbes: ostende Tyranno
Te loue cotēpto coeli terræq; potentem :
Infelix videat contabescatq; videndo
Quanta tuæ virtus & quâta potencia dextræ.
Vix ea finierat gelida cum erupit ab arcto
Ventus: & ardentí resonans cum fulgure fulmē
Grandineq; immixta nimbus caliginis atræ:
Disrumpitq; rotas; trabibusq; per aera pulsis
Maxima consequitur strages: quo territa vertat
Turba pedem noctis tenebris inclusa profunde
Nescit: & attonitos frustatim machina labens
Opprimit: auditur clamor: sonitusq; ruentum
Impete cum magno trabium, periere ministri:
Quatuor ut fama est rapuit furibunda viroꝝ
Milia tempestas & lapsus ab aere turbo.
Vtq; dies claro deter sit nubila cœlo

K k

PARTHENICES SECUNDÆ

Detegitur clades hominū: laniata per omne
Membra forum: facies ustæ: conuulsæq; labra
Dentibus exerti s: laceræq; pér ardua vëstes
Culmina tectoriū: mixto fluit unda cruxore.
Quæ superant cladi lugent cōmunia matres
Funera Pelleq; lamenta per omnia surgunt
Compita: in ingenti tota urbs ploratur aceruo,
Plebis in occasu tantæ gauisa per auras
Persephone volat: ac socios ac dæmonas omnis
Ad prædam ciet ex aris adytisq; Deorum.
Illi precipites altis e turribus ad sunt:
Corripiuntq; vagas animas: stygijsq; cohæcēt
Funibus in faces: & in intima tartara voluunt.
Persimiles aquilis quo ciens videre volucres
Dulcibus e stagnis tolli: tenuemq; per auram
Nare cateruatim: campisq; inferre volatum
Qua rigat effusis Mantoam gressibus urbem
Mītius intexens iuncis & harundine ripas.

Altera lux aderat. Procedit ad machinā rotar; describendam
inter quas rotas Virgo debebat discerpēda mēbratim collo-
cari: ita ut latus rotar; discerpēt corpus affixū lateri: locutū e re-
gione: hoc est ex opposito una rotar; dextrū: altera sinistrum:
Virgine in medio rotar; collocata.

Stragula. Stragula. Varro. Omnia q; lecto sternebantur stragula vo / Varro
cari dicit.

Bacca. Bacca cum geminato. c. exili generale nomē est fru-
ctuum agrestiū arbore: & est nomē gēme. Inde baccatus baccā-
ta. Vnde Syllius. Hec Phrygiā veste: & baccatū idura monile. Syllius

Protrahitur Virgo. Virgo genere mortis huiuscē territa:
rogat uti Dei potencia virtuteq; machina rumparur: quod vē
to fulmine ac fulgure obtinuit: qua itidem clade: quatuor ho-
minum milia fulmine perierunt: ut Poeta prosequitur.

Persephone. Furia gaudet perisse tot hominū animas: quæ
Plutoni lucro fuere. Funibus in faces. Faces legendum
censeo. Nam Furie armantur facibus. al faces cumulos

Faces

Per similes, per Comparacionem.

Mintius fluit. Mintius ex lacu Benaco effluit ut Strabo scribit Pliniusq; Mantoam cingit tum in Padum emittit.

Mintius.

Plinius

Saucia iam dudum cæco Regina dolore
Dissimulare nequit flagrantē pectore flammam
Sicq; virgine alloquit̄. quæ te imanissime quæ te
Pestis agit: manifesta vides miracula: nec dum
Irritare Deum cessas: tibi me quoq; Christus
Abstulit: & viuo crines in flumine laui.
Nec tua sum posthac: nec me reuerencia Martis
Nec louis ulla tenet: tua sint hæc numia: vincet
Christus: & occubes cum religione Deorū.
Cæsar ad hæc frend ens cōtorquet lumina dēso
Torua supercilios: & clamans noua funeralia lictor
Poscimus: accipe & hæc: & amaro vulnere trūcis
Vberibus caesa caput a ceruice reuulsum
Aequoreæ volucres habeant: piscabitur illud
Petrus: & inuentum Christi suspendet ad aram
Nec mora: dum totam magnis ululatibus urbē
Dira lues agitat: dum cædibus omnia complet
Persephone exultans & tanta strage superbit
Vin̄cta manus sparsis trahitur Regina capillis.
Res indigna nimis: misslocq; ad colla capistro
Ducitur ad littus lachrimans: & crine ligata
Arboris ad ramos patuliscq; umbrosa lacertis
Stabat harenosæ frondens in margine ripæ.
Afficiunt probris & multo verbere: tandem
Pectore conuulso Pharias truncatur ad arces.
Exanimes artus nudant rapiuntur in auras
Implicitumq; comis aurum: gemmisq; monile
Diues: & amissio sœvit fera turba pudore.

K k ij

PARTHENICES SECUNDÆ

Ceu plures cum nocte lupi inuenere relictam
Desidia pastoris ouem simul agmine facto
Cōmunē inuadunt prædā: atq; i vulnera certāt:
Dilaniant: caput hic iecur ille in clunibus alter
Pascitur: & fauces implent: rictumq; cruentant.
Audijt horrendum facinus: veniensq; repente
Porphirius multo raptum cum milite corpus
Texit hūo lachymās: meritosq; exsoluit hono
Infelix q̄z tum sors & breuis hora sinebat.

Iamq; nouas afferte dapes; discumbere tempus

Cæsar ait: sat mane Ioui Superisq; litatum

Omnibus: & fuso placati sanguine Manes.

Solute tristiam: curasq; immergite Baccho

Debetur noua nupta mihi: namq; impia cōiunx

Per noua Iudæo nupsit diuocia Christo.

Ferte cados: date Creteo de palmite vina:

Ponite Amīneos latices: Chiumq; liquorem

Saucia iam dudu. Regina Christianam se profitetur. Vnde
lectori punienda traditur. Ferte cados. Cadi Vasa quibus vina
condituri Nonio teste Virgilius. Vina bonus quæ deinde ca
dis onerarat Acestes.

Creteo de palmite. Vinum Creticum ex insula Creta quod
hodie in delicis habent.

Amīneos. Principatus datur Amīneis propter firmitatem
senio quoq; proficiente quīng; eius genera. Plinius ponit Vir
gilius. Sunt & Amīneē vites firmissima Vina.

Chios. Chiumq; liquorē. Chios insula est in mari Egeo cuius vi
Aruisium num Aruisiū vocant. Post vinū Maroneū quod in Ismario mō
te Thraciē nascitur in parte maritima ab Homero laudatum.
Nam cum illac nauigaret Vlysses a Marone Euanthei filio sa
cerdore Apollinis cū aia dona accepit: tum utres vino Maro
neo plenos. In summa gloria fuere vina Thasium Chiumq;
his addidit Lefbiū Erasistrati maximī medici auctoritas. Plin
teste. Virg. Non eadem arboribus pendet vindemia nostris:
Quam Methymneo carpit de palmitē Lesbos.

Nonius
Virgil[?]

Plinius
Virgil[?]

Plinius
Virgil[?]

Cadus.

Amīneū

Chios.

LI. III FOL LXV.

Et si quid Campana sui vindemia misit
 Nectaris: omnigeno spument crateres Iaccho,
 Discumbunt: celeres volitant agilesq; ministri:
 Et mensas epulis onerant: Maxencius ira
 Iam dudum exustus largo se ingurgitat haustu
 Sæpius: & pergit venas inflare calentes.

Falerum

Et si quid Campana. Falerum dicit: quod in monte Faler
 no Campaniæ nascetur. Huic secunda nobilitas erat: & ex eo
 maxime Faustiano. Falerum ager a ponte Campano leua petre
 tibus urbanam coloniam Syllanā nuper Capue attributam in
 cipit. Faustianus autem circiter quatuor miliaria a vico prope
 Cedias: qui vicus a Sinuessa sex milibus abest. Tria eius gene
 ra Austerium: Dulce: Tenue. Quidam ita distinguunt. Sumis
 collibus Gauranum: medijs Faustianum: imis Falerum. Plinius
 auctor lib. xiiij.

Callida Persephone grauisbus conuiuia rixis
 Immiscere volens sumptis præteruolat alis
 Aequoreā simulans volucrē: petit ardua nubes
 Itq; reditq; frequens: ducitq; per aera gyrum:
 Garrituq; sonat pluuiio. denunciat inquit
 Ichthybolus ventos tempestatemq; futuram
 Iam pelago furor & nautis grauis ingruit imber.
 Cæsar ut audiuit pelagus: succurrit imago
 Coniugis ad littus cæsar. iubet ire ministros
 Necropoli mcq; trahi: & condī tellure cadauer.
 Respondere ducem iamdudum funere ducto
 Porphyriū veteri Regū imposuisse sepulchro.
 Ecce iterum lachrymas i terum ciet ira furorem:
 Lætaq; subuertit præceps conuiuia luctus.
 Porphyrium Cæsar tunc e regione sedentem
 Pallidus & stomachum vultu confessus opaco
 Alloquitur. quid me inuito violenter ademptū
 Corpus humas? quæ religio? quæ cura meorū?

K k ij

Plinius

Nona
Virg.
Petr.
Vulg.
5
1
u
Philo
Vulg.

PARTHENICÉS SECUNDÆ

Próuidus: ardorem mentis ratione gubernat
Et placidis mulcet bacchantem vocibus íram
Porphyrius: nobis Cæsar fore dedecus inquit
Immortale ratus si peruenisset ad aures
Vrbis id infandum facinus quod percitus ira
Incomposc̄ tui mandas cælanda putauit
Corpora defunctæ: & sceleris monumenta ne
Sed furor ipaciens freni mitescere nulla fandi
Voce potest: similisq; Padi torrentibus undis
Aestiuo cum sole niues saxosa Gebennæ
Præcipitant iuga: si cursus occludere tentas

Callida Persephone. Furia volens iter turbare Tyrani mētem in auem mutatur marinā sēpius aera petens: ac iterum mare reperēs: quo signo Ichthybolus (id est pisca tor) tempestatē maris nunciat. Maxencius id fieri credit: ob Coniugem suā nuper interemptam ac nōdum sepultā: iubet igitur sepeliri Cōiugem: quam dudum Porphyrius tumulauerat: quo cognito in Porphyrium sequit e regione inter coniuias sedentem.

Necropol^{is} Necropolimq; Alexandria defossum habet portum Cibōtum nomine: qui & ipse naualit habet. Interius fossa est nauigabilis usq; ad Mareotidem lacum extensa extra fossam restat urbis paululū. Postea est Necropolis: & suburbanū in quo hor tiplurimi sunt & sepulturæ: mansiones cōdiendis corporibus idonee auctor Strabo. Huic loco alludit Poeta.

Strabo
Similisq; Padi. Iram comparat fluminis cursui: aggerem rum pēti. Italia Pado clara est: quem mons Vesulus supantissimus inter Alpiū iuga gremio suo fundit. Vilenno fonte in Gabienorum Lygurum finibus: a Græcis Eridanus dictus. xxx. flumina in Adriaticū desert mare. Intumescit exortu Canis tabefactis niuib; & linquentibus brumē pruinis Plinio & Soli. Plinius no-testibus. Strabo in locis canis lacum esse dicit ingentem & Solinus fontes duos non multum inter se distantes. Ex altero amnis ei Strabo funditur Druentius nomine: per confragosa sese in Rhodanū præcipitans. Contraria vero de parte Durias sese immiscet Padus per Salassos intra Alpes illabens Galliq;. Ex altero Padus longe humilior per hos locos editur multus & celer: progressus autem maior moliorq; efficitur: Adriaticum irrumptit pe-

Druentius
Durus

LI. III FOL. LXVI.

Iagus cunctos Europæ fluuios: præter Istrum: magnitudine
exsuperans. Per faxosa Gebennæ iuga Alpium intelli-
go: quæ Narbonensem Galliam ab Italia ad caput Padi sepa-
rant. Est autem Gebenna frequens emporium nostro æuo ad Gebenna.
Rhodanum ubi Lemanno miscetur situm.

Obice contortis crescunt spumancia terga
Vorticibus: semperq; magis violenta superbit
Congeries: tumidaq; premit retinacula mole:
Donec iter gurges agat indignatus apertum.

Obice. pro aggere. nam cuiuslibet rei coacervatio Agger Agger.
dicitur.

Quid scelus excusas hominū turpissime Cæsar
Inquit: & ignaua Regem grauitate lacestis?
Omnia Thersite similis quid gutture latras
Sardanapaliaco: pallenti excanduit ore
Dux animo dextraq; potens claræq; superbus
Milicie titulis: voluitq; inuadere pectus
Cæsaris: & capulum dextra complexus eburnū
Destitit: ardentem virtus compescuit iram.
Atq; ita suspirans fatur: quid fida tuorum
Pectora Maxenti verbis premis acribus: & qd
Læta procelloso turbas conuicta vultu:
Si tibi causa minus placuit recitata: fatebor
Altera causa subest pocior: sepelire iacentem
Religio Christi dominam me iussit: et ipsos
Rhetoras ante dedi tumulo: nam flumine viuo
Me quoq; si nescis lauit regnator Olympi
Christus: & abiecto verum loue numen adoro.
Saucius incomposq; animi Maxencius ergo
Tu quoq; carminibus magicis subuerteris: in
Tu magicas artes tu cædere incendiaq; audes: > qt

K k iiiij

ARTHENICES SECUNDÆ

Dux ait: infelix sequere: & scelus omne reuolue
Ingluuiem nutri: duro rape viscera ferro:
Sanguine tinge manus: innoxia mēbra trucida.
Numina Maxenti iustissima, numina tantum
Sunt visura nefas: meritas dabis impie poenas.
Expectant te Thybris aquæ: calor iste sub undis
Occidet: & tamē Phaeton temerarius axe
Pulsus ab excelso vastum rapieris in æquor.
Forsan & inuenies extinctæ coniugis ora.
Interea pinguem nutri Delphinihus escam.
Ira: scio: tua me morti iam destinat: ultro
Ibimus: & strictos caput extendemus ad enses
Intrepidi: nobis nihil est in morte timendum
Christigenis: quibus est aliud post funera longe
Nobilius vitæ genus immortalis Olympo.
Oppetere est iterum nasci: tormenta subire
Pro virtute pium: triplex contingit origo
Christigenis. vulgata prior: qua nascimur oēs
Semine concepti patrio: cum septima foetum
Luua peragrato vel nona peregerit orbe.
Altera sic natos terris per mystica transfert
Flumina: & ablutos genitrix ecclesia lacte
Nutrit ad Ambrosiæ semper viuentis odorem.
Tertia cum suprema dies mortale resoluīt
Corpus & in cineres opus hoc natura caducū.
Traxit ad æthereos orbes Empyrea regna.
Mittit ubi & reduces animos cōpletebitur ulnis
Dulcibus & nitida coeli Pater accipit aula.
Ista fides Lorica mihi est Adamantina nullis
Peruia fortunæ iaculis, dum talibus orat.

LI. III FOL. LXVII.

Porphirius tumido bilem sub pectore Cæsar
 Rodit: et impaciens vultus obscurat Erinnis
 Et circumpositis stimulat precordia flammis.
 Dux animum firmante Deo nîl teritus atra
 Fronte quid atrocí dudum concepta venena
 Corde premis: dixit. ne pars innoxia vitæ
 Villa tūæ dignum venia te reddere possit
 Incipe rumpe moras: aperi crudelias tandem
 Ora: satellitibus diris mea funera manda.
 Membra iube lanianda feris in littore spargi:
 Defuncti careamus humo: careamus harena:
 Corpora iactentur monstris laceranda marinis
 Discite crudeli proceres seruire Tyranno
 13 Rege sub ingrato sub iniqui Principis umbra
 Seruicijs emitur mors obscurissima longis.
 Rumpitur inflatum pectus: mentisq; superbæ
 Nec frenare potest nec dissimulare furem
 Cæsar: in extremis ardet iam fauibus ira.
 Non aliter quā cum siccō sub somite dormit
 Ignis & afflatu crebro excandescit & aura
 Exilit: & tremulæ rutilant per nubila flammæ.
 Ferte citi procul hīc hominē: date vīcula clamat
 Cumq; suo totam domino iugulare cohortē
 Quæ ducis infecti traxit contagia: finem
 Sacrilegis dabit ista dies. per numina iuro
 Per Iouis æternū Imperium fulmenq; trisulcū
 Ibi tis ad Lethen: stigiasq; videbitis undas.
 Dux & tota cohors missis ad colla catenis.
 O funesta dies o lamentabile tempus
 O furor rabies o detestabile virus
 O dolor o Regum impietas o mortua virtus,

PARTHENICES SECUNDÆ
Dicitur: & longa properant ad funera pompa.
Ventū erat ad littus: cū dux fortissimus ægros
Alloquitur comites turbataq; pectora firmat.
Osocij mecum terræ pelagicq; labores
Experti tociens: longæq; pericula passi
Miliciae: quid vos terret præsencia mortis?
Quæ celebrem cursu Zephyrū volucrēq; sagittā
Vincit: ubi fortes animi generofacq; virtus?
Cordaq; ad horrendos nunq; perterita casus
Ponite tristiciam: rectos attollite vultus.
Cernite perpetuo fulgentem lumine mundum.
Aetherealq; domos: animis ea patria nostris.
Et qd soeminea pauidæ formidine frontes
Despiciunt terras: hodie veniemus in astra.
Sic ait. & Christo sacrum pæana canentes
Accipiunt altos pronis ceruicibus enscs.
O mors clara virum vita præstancior. olim

Quid scelus excusas. Porphyrius tumulasse Reginā se ideo
dixit ut nephanda mors Reginę maneret occulta: qm tantū Re-
gis scelus imortale dedecus Regi fore existimabat: maiorē igit
tur ad iā incēdūt ob excusationē Porphyrii.

Tersites Thersite. Thersites vir Græcus Q uo nō deformior' alter:
Venerat ad Troiam lingua ve pterior alter. Homero teste.

Sardāapliaco . Sardanapalus Anacindaraxis filius a Nino
xxx. Assyrior; rex & ultimus omnes superiores excessit desi-
dia & voluptate: vitā muliebrē duxit cum pellicibus. Tandem
ab Arbaco Medo regno exutus ut Diodorus scribit Epitha-
phium habuit. Ede: bibe: lude: hæc habeo quæ edi: quæq; exa-
turata libido Haufit. Sepultus Anchiale in Cilicie. Strabonis
testimonio. Obsessus bīcūnī in Nina urbe: desperata salute ne
in potestatē hostium veniret: Pyram in regia ingentē extruxit
supq; eam auro argentoq; omni: veste inlup Regia impositis
uxoribus quoq; & eunuchis in medio pyrē reclusis: se cremā-
dum una cum his in ignem iniecit. Diodoro teste. Sardanapa

Diodor

Strabo

LI III FOL. LXVIII

Haco gutture id est luxurioso ac impudico.

Quid fida tuorum. Dux Christianum se fatetur. Vnde
de maiori ira concitatur Maxencius: improperans magiam
duci. Cui respondet Dux. Tu magis ar tu c &c. prædicit tu
mortem Tyranni: qua ad Milvium pontem in Thibridis un
disinterit; ut historia habet a Constantino deuictus.

Triplex contingit. Tres vitae origines Christianis contin
gere dicit. Primam quæ nobis cum omnibus est communis.
Secunda cum baptismo renascimur. Tercia cum ex hac vita ad
Superos migramus.

Reduces animos. ex schola Platonis: vel reuera quia anima Pæan
ibi creatur.

Macrobi. Christo Pæana. Pæan dictus est Apollo a πάοιῳ qđ est ferio
ut Festus Vel a πάοιῳ quod est medeior. Est ecia Pæan laus
Apollinis ut Macrobius scribit abusive quoq; aliorum Deo
rum Virgiliius. Vescentes lētumq; choro Pæana canentes.

Noxia cum rapidæ purgant secula flammæ
Membra memor vestri Deus imortalia reddet.
Interea gaudete bonis coelestibus inter
Spirituum coetus alacres: & sancta precati
Numina terrigenis Christi implorate fauore.
Pectora truncæ iacent: fusq; rubescit harena
Sanguine: mactata est duplex Hecatōba tonati.
Cum duce bis centum comites in littore cælos
Christigenæ effossis moesti ipsoluere sepulchris.
Et iam prona dies nocti cædebat: & umbris
Occiduo radians excelsam lumine Calpem
Cum furij Cæsar longis iam fessus & ira
Sic secum. quæ tanta istis constancia: qđnam
Robur iest animis tantum: quæ pectora virtus
Inconcussa regit: quæ spes: quæ præmia tanti?
Morte qđ expectant obita: necq; credere dignū ē
Sanctius his numen: quoq; res publica pauper

PARTHENICES SECUNDÆ

Quam nostris qui regna tenent telluris & undæ
Illam ego numinibus gentem melioribus uti
Crediderim cuius terrena potencia maior.
Nam si regna Dei arbitrio terrena gubernant
Distribuuntq; suo: qui dant maiora putandi
Maiores. Libyam Iuno/ regna Attica Pallas,
Iliacam Phœbus/Tarpeiam Iupiter arcem
Constituit: regnum regno ceu numine numen
Maius erat: sed Christiginis nec regna nec urbes
At fuerit facius tantos sedare tumultus
Vnius interitu: vel si mutabitur eius
Connubio: tantumq; decus seruare iugali
Fcedere: & has tandem curas extinguere tædis.

Heradyt.
Noxa

Noxia cum rap. Heradtyi Ephesi sentēcia. Ex igne cūcta cō
state: in eumq; resoluī omnia. Noxa culpam significat: & dam
num. Virgi. Vnius ob noxam & furias Aiakis Oilei: id est pec
atum ut Marcellus & Macrobius īterpretati sunt. Suetoni
us in Cæsare. Ut fallum arguens: quod sine ulla sua noxa Idus
Marcie adessent. id est sine damno. Rursum noxa poena dicitur
Quintilianus. Et inter dedita noxe mancipia contēptissimus
Tyro gladiator. Deyborz sig. in iure Ciuiili scribitur. Noxe
appellacione omne delictum continetur.

Duplex Hecatomba. Milites ducenti cum duce cæsi sunt.

Et iam prona dies. Instantis noctis tēpus describit.

Libyam Iuno. Virgi. Quam Iuno fertur terris magis om
nibus unam Posthabita coluisse Samo.

Pallas. Athene enim a Pallade nomen habent. Straboneau/
etore: Pallas etenim Græce θεός dicitur.

Phœbus. Troianis fautorēm Phœbum Homerus semper
inducit. Tarpeiam. Iupiter optimus maximus in Capitolio
cultus fuit.

Saturni iam bruma dies & læta reducit
Tempora: quæ nobis patrio celeberrima ritu
lucundos hyberna sales & xenia poscunt
Ocia uocturnæ poscunt conuiuia mensæ:

Athene

Virgil
Marcellus
Macrobi:
Suetōius
Quintil

Strabo
Homerus

LI. III FOL LXIX

Expediam: tristis ne se inter gaudia luctus
 Ingerat: interea placidas mihi Iupiter undas
 Aequoris: & cursus dabit ad mea regna secūdos
 His dictis placet accito lictore Puellam
 Duci iterum e tenebris: iterum tentare loquēdo
 Virgineumq; nouis pedicis captare pudorem:
 Quam simul ac vidit sic est aggressus. Amyclas
 Troius assultu subito expugnauit adulter:
 At tua ter denis nondum est mollita diebus
 Duricies ponti glacies Hircanaq; tandem
 Frigora & arctoæ vincuntur sole pruinæ.
 Tu Getico sopita gelu vel Gorgone visa
 In silicem durata nequis mansuescere quercus
 Orpheus. Amphion lapides Delphines Arion
 Mouit: & Orphæos senserunt tartara cantus.
 Tu niue frigidior: tibi ferrea corda: sepulti
 Vscq; adeo tibi sunt sensus hebetataq; mentis
 Lumina ut albenti videare simillima saxo

Saturni fam prima. Sarurnalia: dies festi erant mense Decē Saturnalia
 bri dicati Saturno: septem ut Neuius Poeta & alij prodiderūt
 nōnulli tres. Alij unum quos Fenestella sequitur. In his pueris
 Iudus nucū: viris alea pmittebatur. ut est apud Marcialē. Vi/
 no itē in his maxie indulgebāt: mittebātur & amicis xenia: &
 hīq; gbus data erant apophoreta mittebāt. Macrobi ab his rotū
 opus inscripsit. Seruis item libertas erat in Saturnalibus. Ho/
 racius. age libertate Decembri Quando ita maiores voluerūt
 cum dominis item discumbebāt serui: salibusq; iocabātur. Te/
 stes Marcialis Iuuinalis in mltis locis. Ut Tyrānus liberius
 Saturnalibus intēdere possit: statuit aut Virginī nupcias per/
 suadere: aut eam morti tradere.

Lucanus. Amyclas. Nauta fuit pauperissimus in Epiro ut est apud Lu/
 canum in quinto & Plutarchū in Cæfare. Hic pro oratore ne/
 scio quo ponitur: qui Catharinę virginī Tedas iugales persua/
 deat. Troius adulter. Paris siue Alexander Priami filius He/
 lenæ adulter. U1

PARTHENICES SECUNDAS

- Hellestō . Propōtis . Thracius bosphor . Pōtus Eu xinus . Cimerius bosphor . Meotis . Caspium . Getæ Daci . Medusa .
- Ponti glacies . Mare nostrū Qua diffunditur alia alijs locis cognomina acceptat . Vbi primū se coartat : Hellestantus vō/ catur . Propontis ubi se expandit . Vbi iterū pressit : Thracius Bosphorus . Vbi iterum effundit : Pontus Euxinus . Qua palu di cōmittitur Cimmerius Bosphorus . Palus ipsa Meotis . Au/ tor Pomponius . Mella . Strabo resert Neoptolenum Mithri datis ducem eodem incursu ēstate quidem nauali pugna barba/ ros . Hyeme autē equestrī superaffe praelio ob gelu . nam mare Ponticū congelatur ut Ouidius sēpe conqueritur .
- Hyrcana . Caspium mare Hyrcanū dicit . Strabone teste Pto/ lemēoq; Mare Caspiū ad leuam nauigantē Nomades accolunt eos iuniores Daas appellant qui etiam Sparni sunt nominati Dehinc deserta regio interiacet deinde Hyrcania : ubi iam ma/ re in pelagus crescit : quo usq; Medorum Armeniorumq; mon/ tibus coniungatur . Ab hyrcanio item mari ad Auroram pro/ gredienti : ad dextram sunt montes qui usq; in Indicum mare pertendunt . Strabo auctor . frigidam dicit Poeta : quoniam id mare ad septentrionem respicit .
- Getico . Gete ad Pontum in orientem vergunt iuxta Istrum . Daci autem ad oppositum versus Germaniam & ad Istri fon/ tes Strabo . Per ipsos Marisus fluuius Danubium influit . Su/ periores enim fluminis partes versus fontes usq; ad precipites eius decursus quos Cataractas nominant Danubium vocant .
- Alias inferiores usq; in Pontum per Getas Istrum voci / tant . Cæterum idem Dacorum & Getarum sermo est . Stra/ bo Auctor .
- Gorgone . Medusa a Perseo interfecta : ut Ouidius multoq; alij Ouidius : scribunt Hyginus vero a Minerua occisam scribit . Hęc qui eā Hyginus vidissent in laxa mutauit .
- Orpheus . Papinius in Syluis . Iā Methymne variis manus : Papinius & chelis una Thebais : & Getici cedat tibi gloria plectri . de his in prima Parthenice dixi plura .
- Coniugis Assyriæ verso quæ in marmora vultu Fluxit & ardente spectat fugitiua Gomorram . Heu quianam contra genium moremq; iuuētæ Mollicimq; tui sexus generisq; superbi Stemma supercilios spernis regalia toruo Imperia : ah demens : tu blandimenta minasq; Despicis ; & surda peritas immolibus aure .

LI. III FOL. LXX.

Coniugis Assyriæ. Vxor Lot in statuam salis cōuersa fuit
Hierony. dum retro Gomorram ardente aspiceret. Hieronymus in
Genesi.

Tu populo spolias urbem: tu coniuge Regem
Militibusq; ducem duce Cyrenensia regna:
Et miseremur adhuc: & te seruare parati
Mitibus alloquimur verbis. genus aspice quātū
Romanum pietate valet. miteſce parumper.
Si seruire pudet: mecum regnabis. habeo
Coniugis extinctæ thalamos. Romana videbis
Mœnia: & in cædes Latiam Regina per urbem
Quod tua gentilis quondam Cleopatra tumultu
Ambiit Actiaco tu Cæſare digna marito:
Accipe largimur sine bello & ſanguine regnum.
Sic ait & cæco languet Maxencius igne.
Illa velut dorsum medijs in fluctibus ingens
Vapulat affiduis & nunq; vincitur undis:
Desine plura: nefas iterum me nubere dixit
Nupsimus: in ſerto nuptam manus indicat auro
Et mihi nunc alacres nitidis conuiuia mensis
Virq; ſocerq; parant: hodie ſubitura mariti
Limen: & e tenebris claros aditura penates.
Nec ſum dura: fidem ſeruo. tu ſanguine gaudeſ
Non ego: tu tanti ſceleris duriflum auctor.
Hæc ubi dicta videns atrox immota Tyrannus
Pectora nec precibus flecti nec verbere frangi
Spe Veneris poſita iubet a lictore necandam
Necropolim duci. pullo velata cucullo
Atcq; capistratis manibus de carceris antro
Truditur ambigua faciente crepuscula nocte.
Aemonius Chiro media iam parte ſub umbras

L 15.

PARTHENICES SECUNDÆ

Iuerat: & Ledæ funestam pignora noctem
 Aere voluebant piceo niger Hesperus ore
 Pallidulo tristi per cœlum ascendere vultu
 Visus: ab aspectu sceleris noua luna nefandi
 Cornua subtraxit: nubes tetrica clausit
 Aethereos ignes & conscientia sidera morti.
 Auditæ Halcyones grauibus lamenta querelis
 Spargere per littus: moestosq; ad funera cantus
 Edere: & æquoreas volucres dare flebile carmē.

Tū populo sp. urbem. Q uatuor milibus fulmine adustis.

Cleopatra. Augustū Cæarem coniugē desiderauit: quē Ag-
 ciacum Cæarem appellat ab Accio Epiri promontorio.

Necropolim. locus Alexandriæ ut Strabo testatur: & supra dictum est.

Chiron. Sagittarj signū Thessalus fuit Chiron iustissimus
 Centauroq; ut Orpheus ait: tum Homerus in Iliade.

Ledæ pignora. Geminos dicit Castorem & Pollucem.

Hesperus. Atlantis filius Hesperus cū Atlantis montis cacu-

men ascenderet ut sidera cursus obseruaret: subito a ventis rap-

tus est: qui cū iusticia & humanitate insignis in populos fuī-

set: plebs eius casum miserata: honores sibi prebens imortales

auctor. Hunc Veneris stellam dicunt Lucifer nomine. Alij Iu-

nonis. Hic oim siderum maximus videtur. Nonnulli aut hūc

Auror & Cephali filiū dixerunt: pulchritudine multis prestā-

tem: ex qua re eciam cum Venere dicitur certasse: ut eciam Era/

Eratosthenes dicit: eum hac de causa Veneris appellari: exortante

Sole & occidente videri quare ut ante diximus iure hūc & Lu-

ciferum & Hesperus nominatū. Hygi. auctor.

Sidera. stellas grauiter tulisse: mortem diue Catharine: quæ

postero die futura erat. Conscia sidera. Alludit ad opinionē

Astrologorū qui sidera nobis mortem minari volunt. Iuuena.

Iuuenalis. quicquid Dixerit Astrologus creder a fonte relatum Am-

onis.

Est locus ad Boream pelagi porrectus ad undas

Densa ubi syluestrem faciunt spineta recessum:

Areac; in medio: crebris ibi terra sepulchris

Atlas

Hesperus.

Orpheus;
Homerus

Hyginus

OP

Sol

Tu

Li

Era

Ad

Hyginius

OP

Sol

Tu

Li

Era

Ad

Hyginius

OP

Sol

Tu

Li

Era

Ad

LI. III FOL. LXXI

Surgit: & in tumulos fossæ cumulâtur harenæ:
 Sacra cadaueribus tellus: Polyandrion Hellas
 Voce vocat patria: nudis passim ossibus albet
 Vrticis umbrosus ager graibusq; cicutis
 Et nigris ebuli baccis & olente Sabuco.

Campus iers & sepiuagis domus apta colubris.
 Hos ingressa locos durus dum brachia lictor
 Expedit inuertens manicas dūq; explicat ensem
 Sanguineum: Virgo coelum sus pexit & ignes
 Aethereos: talicq; Deum sermone precata est.

Est locus. Topographia. Descripcio loci: qui est est post Ne
 cropolin: quem Strabo Suburbanum dicit in quo horti plu
 rimis sunt & sepulturæ: mansiones condidens corporibus ido
 nea. πολυάμψιον sepulchrū: locus ubi sunt multa sepul/ Pelyādriū
 chra Polyandrion etiam latine dicitur. Io. Carmelita. auctor.

Hellas. Græci Hellades dicuntur.

Eboli. Ebulus Græce chamaæctis dicitur: hoc est humilis Ebulus
 Sambucus. Plinius libro. xxiiij. Sambucus habet alterum ge Chamæ
 nus magis siluestris quod Græci chameacten vocant alij Hel/
 ion multo breuius.

Sabuco. Poeta Sabucus sine. m. scribit ut syllabam corrept/ Sabucus .
 te proferat. Serenum imitatus. Cōueniet tenere radix decocta Sabucus
 sabuci. folia utriusq; Sambuci decocta in vino veteri: aquam Sābucus
 ex alio detrahūt. Refrigerat inflāmaciones: maxie recentis am
 busti. Et canis morsum cum polenta mollissimis foliorum il/ Sābuca
 litis Plinius auctor. Sambuka organi genus. item bellica ma/ china Pompeio teste Vegetioq;.

Inuertens manicas: ut expediçor sit ad'ictum.

O Pater exiguae tanto pro munere grates
 Soluimus: ingentes autem debere fatemur.
 Tu graibus pressam tenebris in clara vocasti
 Lumina: tu Manes tu das superare Tyrannum :
 Et modo tam vario functam discriminē tandem
 Ad palmā regnumq; vocas: da numine dextro

L iiij.

PARTHENICES SECUNDÆ

Egressus animo facilis; redditusq; secundos
In patriam cœlicq; domos. hanc accipe mentem:
Et prolem ne sperne tuam de fauce reuulsam
Ditis; & oranti famulæ tua limina pande.
Et si quando memor quisq; certaminis huius
Implorabit opem: Pater exorabilis esto.
Finierat subito cum vox audita per auras:
Aniuimus: secura veni. tum poplite flexo
Et crucis explicita per pectus imagine lictor
Verberat orantem gladio. pro cœdæ cruenta
Lacriueum fluxit: tellus incanduit albo
Sanguine: lingua Deum neruis delusa recisis
Personat: & moriens verba imperfecta relinquit
Cæsa solo iacet atq; in cœlum vita recessit.
Affuit extemplo Superum de sedibus agmen
Spirituum duplex: unum quod corpore nudam
Suscipiat mentem: dulciq; ad sidera cantu
Transferat. exanimes aliud quod tolleret artus.
Insolita noua luce dies in nocte resulsi:
Atq; repentinum subito cum lumine fulgur
Emicuit ceu cum frangit caua nubila fulmen
Cum grauis ardentem succendit Iulius æstum.
Euolat attonitus lictor: trepidiq; ministri
Corripuere fugam: toto symphonia coelo
Spargitur: & mixta vocum dulcedine carmen
Astra petit: sensimq; abiens discedit ab aure.
Visaq; per cœli tractus ascendere nubes
Lucida persimilis soli lucencior astro
Luciferi: & claro rutilantem lumine caudam
Ducere & ignifero ferri ultra sidera cursu:

LI. III FOL. LXXII.

Et caput insertare polo, patuere Tonantis
 Atria: curuatus læto pater obtusa vultu
 Brachia diffundens reduci dedit oscula natæ:
 Et triplici claram radiauit sidere frontem.
 Altera spirituum legio collegit ab hortis
 Balsama Iudæis aloes myrræq; liquorem:
 Ablutosq; vadis artus & odoribus unctos
 Aereum per iter rubri trans æquora ponti
 In montes Arabum summæq; cacumina Sinae
 Transtulit: & corpus Pario clausere sepulchro
 Quod Superū fecere manus. Opopobalsama semp
 Marmor odoratū sudat: quibus ægra irruantur
 Corpora: difficiles isto ceromate morbos
 Indigenæ pellunt: sacros alabastra liquores
 Atcq; salutares lachrymas oleiq; fluentis
 Accipiunt guttas. membris honor iste sepultis.

O pater. Orat Virgo pro supplicibus suis: eaq; coleribus.

Explicita. id est extensa. Nam explicare: emittere: & extende. Explicari
 Marcellus re est Marcello teste.

Symphonia. concentus: consonacia: tum instrumentū mū. Symphonia
 sicum. qui penultimam producunt (ut sepiuscule sit a nostris) nia
 falluntur accentu. συμφωνία.

Balsama. Omnibus odoribus prefertur balsamum: uniter
 rarum Iudeq; conessum Pli. auctore.

Aloe. Aloe herba est amarissimi succi. Laudatissima ex In Aloe
 dia affertur: optima est pinguis ac nitida: rufi coloris friabilis:
 ac iocinoris modo coacta facile liquefacens. Improbanda nigra
 & dura Plinius auctor lib. xxvij.

Sina. Sina mons est Arabie petree: Paulo apostolo teste ad
 Galatas scribente. Sina enim mons est in Arabia: qui coniunctus
 est ei quæ nunc est Hierusalem. Sina item ciuitas Mesopo
 tamiæ Prolemeo teste.

Pario. id est Marmoreo.

Carpobal
samum Xylobalsamū lignum balsamu ὄπος succus Græce Καρπός Xylobals
 L iiiij

PARTHE. III FOL. VL.

fructus κοι τὸ ξυλόψη lignum.

Ceroma

Ceromate. Ceroma ungentum erat ex oleo & terra in specie Marcialis luti. Marcialis Vara nec in lento ceromate brachia tēdis. & ali/ bi Q uod ceromata fece de Sabina. & erat palestritarū: quorū Plinius molliciem Plinius carpens inquit. Plura de hac parte nō sum dicturus: non Hercule magis quam de terrae usu in Ceroma / tis: quibus exercendo iuuentus nostra: corpora vires animo / rum perdidit.

Alabastra

Alabastra. Alabastra cauant ad vasa vnguentaria: quoniam optimè ea atq; incorrupta seruare dicitur. Nascitur circa Thebas Aegypcias & Damascum Syriæ hic ceteris candidior. Probatissimus in Carmania mox in India iam quidē & in Syria Asiaq. Ut ilissimus autem & sine ullo nitore in Cappadocia. p/ banitur quam maxime mellei coloris: in vertice maculosi atq; non trans lucidi auctor Plin.lib. xxxvi. naturalis historiæ. Plinius

τελός ἐ στο ίκσος χριστος δ
ευλογιμένος ἐισ τους αιών
ασ κετα τοισ μαρίδας των.
θερόμ θιμοτάτους.

Ioannis Gallinarij Liberaliū arcium
Magistri Decatofticon in Impresso
rem Parthenicū Baptiste Mantuani.

Calcographo meritas studeamus soluere laudes
Ingrati ne nos argueremur ei.

Viuat Nestoreos Iuuenes optate per annos
Schottus Ioannes qui bene pressit opus.

Multifidos punctis sensus distinguit & ornat:
Vt leue lectori Carminis assit iter.

Hic etenim a prima deduxit semi na stirpe:
Quæ niueo nigras extulit ære notas.

Nunc quia mansuris tua stirps dedit oīa cartis.
Schotte igitur proli gloria prima tuæ.